10

DECERTATIO
HISTORICO-THEOLOGICA
PRO MENTE
CONCILII TRIDENTINI
DE VI ATTRITIONIS
ſine amore amicitiæ in ſacramento
COMPROBATA NUPER
EX HISTORIA CONCILII
nunc etiam enervatis Vindiciis ſuppoſitæ
VERITATIS ET CARITATIS
CONFIRMANDA AC STABILIENDA

AB

ÆGIDIO ESTRIX Societatis JESU
S. Theologiæ Profeſſore Lovanii.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

MECHLINIÆ,
Typis GISBERTI LINTSII.
M. DC. LXIX.

AD
LECTOREM.

ANni ſunt duodecim & amplius, cum in lucem exiit Hiſtoria Concilii Tridentini, ſcripta Italicè à R. P. Sforza Pallavicino Societatis noſtræ Theologo, poſt etiam Emmentiſſimo S.R.E. Cardinali: Hiſtoria latinè verſa, non tamen Authoris manu, excuditur hoc tempore typis Plantinianis: inde acceptæ nuperæ paginæ, quibus eſt titulus, VERITAS ET CARITAS, *ſeu Mens Concilii Tridentini Seſſ.* 14. *c.*4. *de Attritione &c.* junctis corollariis quibuſdam, plauſum invenere apud quoſdam. Rogatus ergo tunc fui, ut, quoniam proximis diebus, jam exeunte Julio, diſputandæ ex omnibus Theologiæ partibus erant Theſes, ad calcem earum, ubi locus ſolet proprius eſſe de Sacramentis, adjungerem ea, quibus ex Hiſtoria Concilii Tridentini corroborari videretur communis doctrina de Attritione. Aſt ego, quid, inquam, ſperatis moliri me poſſe adverſus, *Veritatem & Caritatem?* atque etiam adverſus *Mentem Concilii Tridentini ſic illuſtratam, ut omnibus recenter in contrarium objectis, vel objiciendis occurratur?* nam & hoc ſpondebat titulus illarum paginarum. Eram tamen profectò perſuaſus jam pridem, Hiſtoriam Concilii non adverſari nobis, imò favere vehementer: ſex & amplius anni erant, cum ex ea legeram, non oſcitanter, quæ pertinebant ad controverſiam

de Attritione: ſed nimirum aliis quibuſdam placebat judicium ipſius Hiſtorici Pallavicini, Introduct. ad Hiſtoriam Conc Trid. cap. 5. n. 6. *Quis non videt, non aliam ob cauſam abſtinuiſſe Eccleſiam promulgatione talium Actorum, niſi ob immenſam ipſorum prolixitatem, atque ob plenitudinem, quâ ſunt extenſa decreta, per quam lectio actorum redditur ſuperflua?*

Ego verò bonâ veniâ Eminentiſſimi Scriptoris, de hac re aſſentiar adverſariis meis: ſunt omnino Decreta Concilii minimè obſcura: poteſt tamen iiſdem lux permagna accedere ex actis Concilii, ipsâque adeò Concilii Hiſtoriâ. Quare, eam nactus, quam explicui, opportunitatem, concinnavi tunc ego eas Theſes Hiſtorico-Theologicas, quas propoſui diſputandas ſub finem Julii proximè præteriti, mentem Concilii Tridentini dilucidantes ex ipſa hiſtoria Concilii, non tantum Seſſ. 14. ſed & Seſſ. 6. de qua tacuerant adverſarii, declinantes, ut opinor, Doctrinæ ſuæ ſcopulos, non uno loco exitiales.

Poſt hæc incidentibus feriis autumnalibus, quibus ſolemus conficere, ſi quid eſt negotii alibi locorum, abſui Lovanio hebdomadibus aliquot: redux eodem, obvias habui Theſibus meis adverſarias Theſes, quibus eſt Titulus *Vindiciæ Veritatis & Caritatis.* Ego verò quam lentus ad hujuſmodi concertationes, tam certus non deſtituere cauſam, quam me ſentio ſuſcepiſſe optimam,

timam, ſtatui committere judicio publico, nec verbo mutato, diſputatas menſe Julio Theſes vix adhuc notas extra Lovanium: cum quaquaverſum conſtet volitaſſe Paginas illas ſuppoſitæ *Veritatis & Caritatis* bajulas. Theſibus ipſis addidi confirmationes haud ſegnes, adverſus *Vindicias Veritatis & Caritatis* ſuppoſitæ: quo epitheto an ſim injurius, ſtatuat æquus Lector, cum hæc mea perlegerit: quamquam titulis, ac promiſſis vinci, nihil penſi eſt: gnavis hominibus enitendum eſt ad iſtud Cæſareum apud Plutarch. *Difficilius dixero, quam fecero.*

Facultas conceſſa à R. P. Provinciali.

EGo Infraſcriptus Societatis JESU per Flandro-Belgicam Præpoſitus Provincialis, poteſtate ad hoc mihi factâ à Patre noſtro *Joanne Paulo Oliva* ejuſdem Societatis Præpoſito Generali, concedo Gisberto Lintsio Typographo jurato facultatem imprimendi *Decertationem Hiſtorico Theologicam, pro mente Concilii Tridentini, de vi Attritionis ſine amore amicitiæ in ſacramento &c. à P. Ægidio Eſtrix* Societatis noſtræ Sacerdote compoſitam, & à Deputatis ejuſdem Societatis Theologis examinatam, & approbatam. In quorum fidem has manu propria ſubſcriptas conſueto officii mei ſigillo muniri curavi. Mechlin. 12. Novem. 1669.

THOMAS DEKENS.

CENSURA.

L*Ibellus, cui Titulus*, Decertatio Hiſtorico Theologica pro Mente Concilii Tridentini de vi Attritionis &c. *Authore* R.P. Ægidio Eſtrix *Societatis* Jesu *S. Theol. Profeſſore Lovanii nihil continet, quod Catholicæ fidei, aut moribus adverſetur.* Actum Brugis 2. Novembris 1669.

J. Herm. Anchemant Canon.
Graduatus & Libro. Cenſor.

DE-

DECERTATIO
HISTORICO-THEOLOGICA
pro mente
CONCILII TRIDENTINI
DE VI ATTRITIONIS

THESIS PRIMA
Authoritas Hiſtoriæ Tridentinæ

AUthoritatem Hiſtoriæ Tridentinæ conſcriptæ à R. P. Sforza Pallavicino Societatis noſtræ, ſubinde Emin. S. R. E. Cardinali, eximiam quandam agnoſcimus eſſe, planeq́ue decernimus: etenim & acta Concilii maximè arcana patere juſta ſunt authori & ad ipſa Archivi Pontificii intima ſcripta favore Alexandri VII. admiſſus eſt, aliiſque inſtructus fuit ad illam hiſtoriam inſtrumentis ditiſſimis. Quare in controverſia hodie celebri de Attritione inveſtigaturi mentem Concilii Trid. Seſſ. 6. & Seſſ. 14. hanc legem nobis ſcribimus caſtèque ſervabimus, quam eandem confidimus, imò ſcimus adverſariis cordi eſſe: nihil affirmabimus, nihil negabimus, quod ad hiſtoriam Tridentinam pertineat, niſi manifeſta nixi authoritate ipſius hiſtoriæ, Scriptoriſque Hiſtorici Emin. Card. Pallavicini, quem nos Virum ſemper ſuſpiciemus cùm ob alia omnis generis decora immortali admiratione digna, tum quod communem doctrinam de ſufficientia Attritionis ſine amore, de qua ipſe ſecus ſentiebat, ne ipſe quidem ut videtur, hoc agens, ſed ita ferente materiâ hiſtoriæ, mirum quantum illuſtrarit: ut omninò videatur veritas ipſa, opera ac labore Scriptoris contra ſentientis, pulchrior enitere voluiſſe.

Confirmatio Theſis Primæ.

SIc ego profitebar hiſtoriæ Tridentinæ me deferre plurimum: at rerum mearum ſatagens Author vindiciarum *utinam*, inquit, *proteſtatio non ſit actui contraria*: paucis verbis, dicam impegit grandem: maluiſſem accuſari preſſius diſtinctiuſque; hic hic teneris hiſtoriæ contemptor: at ne feram impatientiùs facit ipſa accuſatoris ſententia me abſolventis: meas enim Theſes appellans *bene habet*, inquit, *quod nuperæ Theſes fidem hiſtoriæ reddiderint*: En igitur una manus vulnus opemque.

Jam

Jam vero in ea lege, quam mihi ſcripſi nihil me affirmaturum, negaturumve, quod ad hiſtoriam pertineret, niſi manifeſtâ mixtam authoritate hiſtoriæ, haud ſatis intellectum videtur iſtud *quod ad hiſtoriam pertineat:* illa ego intelligo ad hiſtoriam pertinere, quæ vel diſertè tangit narratio hiſtorica affirmando, negandove, vel deduci ex iiſdem poſſunt: hanc legem ſervavi, ſervaboque caſtè ut promiſi; uſque eo, ut ne contradixiſſe quidem ſibi Hiſtoricum in narratione ſua patiar uſpiam; quæ mea erga virum obſervantia etiam excedit modum legis quam mihi poſui, ut conſideranti patebit.

THESIS II.

Hiſtoria ſeſſ. 6. cap. 6.

IN fronte aciei locari ſolebat ab adverſariis argumentum petitum ex ſeſſ. 6. c. 6. ut omnes norunt; videamus quam illi vim relinquat hiſtoria: Pallavicinus p. 1. lib. 8 c. 13. verba illa ſeſſ. 6. c. 6. quæ adverſariis decretoria ſunt viſa; *illumque tamquam omnis juſtitiæ fontem diligere incipiunt, ac propterea moventur adverſus peccata per odium aliquod, & deteſtationem, hoc eſt per eam pœnitentiam, quam ante Baptiſmum agi oportet* hæc inquam ſic vertit Italicè, ut verbum *oportet* interpretetur *convenit*, ſic reddens poſtrema: *per quella penitenza, che convien fare avanti al Batteſimo:* tum vero hiſtoriam proſequitur ſic narrans: *ultima verba conſulto ibi fuerunt poſita, ad diverſificandam hanc pœnitentiam ab ea quæ requiritur in peccatore baptizato, & de qua diſcurritur in canone 14. quæ eſt pœnitentia ſacramentalis:* Hæc ſunt hiſtorici narrantis; verba illa *quam ante Baptiſmum agi CONVENIT*, narrat eſſe poſita *conſulto*, imo *conſigliatamente;* quaſi ex conſiliatione, ſeu habito conſilio.

THESIS III.

Nocens adverſæ parti.

PRimum iſtud expendo: Hiſtoricus verba c. ſeſſ. 6. *Hoc eſt per eam pœnitentiam quam ante Baptiſmum agi oportet*, ſic vertit, ut pro *oportet* reddat *conviene* ſeu *convenit*: quæ vox eſt prorſus inimica neceſſitati illius dilectionis de qua præceſſerat mentio, quam proinde vocem multis inſectatur Author Quæſt. Quodl. de Attritione Arg. 1. §. 4. Quæro jam quid moverit ſcriptorem, ut verbum *oportet* interpretaretur *convenit*? non id cogebat verbum ipſum *oportet*, quod modò convenientiam, modo neceſſitatem omnibus ſignificat: non etiam movebat ea ſententia in qua fuit de

neceſſi-

neceſſitate amoris in Sacramento: imò ea ſuadebat omnibus modis, ut pro *convien*, uteretur voce *biſogna* aut ſimili neceſſitatem ſignificante, quod æquè promptum & facile ipſi erat: profectò nihil cauſæ invenies, cur ſic verterit, niſi hoc: neceſſe eſt certiſſimis monumentis fuiſſe edoctum ex Actis Concilii, pœnitentiam cujus modus deſcribitur cap. 6. ſeſſ. 6. non eſſe eam *quam ante Baptiſmum agi neceſſe eſt*, ſed eam *quam ante Baptiſmum agi convenit.*

Expendo deindè, quod narrat, *ultima verba (per eam pœnitentiam quam ante Baptiſmum agi CONVENIT) conſulto ibi fuiſſe poſita ad diverſificandam hanc pœnitentiam ab eâ quæ requiritur in peccatore baptizato, & de quâ diſcurritur in Canone* 14. *quæ eſt Pœnitentia ſacramentalis.* Hoc ergo habemus ex narratione Scriptoris Pœnitentiam quæ deſcribitur cap. 6. ſeſs. 6. non eſſe ſacramentalem, ſed diverſam à Pœnitentia ſacramentali: & tamen ex cap. 6. ſeſſ. 6. celebre petebatur argumentum pro neceſſitate dilectionis in Pœnitentia ſacramentali. Non diſſimulabo in verbis Authoris pro *Canone* 14. quam vocem ſic extenſam habet editio italica, legendum eſſe vel *capite* vel *ſeſſione*: verùm ut ut legendum putes, contendam Hiſtoricum contemptis ceteris Pœnitentiam formalem, de qua cap. 6. ſeſſ. 6. comparare cum Pœnitentia formali, de qua alibi, & non cum Pœnitentia quæ eſt Sacramentum: hoc varia mihi ſuadent. 1. quod pœnitentiam ſitam in illis actibus, qui exponuntur in Modo præparationis, comparet cum ea, *quæ requiritur in peccatore baptizato*, in quo non requiruntur, neque ineſſe debent ea omnia quæ ſunt Sacramentum Pœnitentiæ; 2. quod non dicat *quæ eſt pœnitentia ſacramentum*, ſed quæ eſt *pœnitentia ſacramentalis*, quo ſane negat ſacramentalem eſſe eam de qua c. 6. quam dicit ab illa diverſam: atqui hanc etſi non eſſet ſacramentum, poterat ſacramentalem dicere imo & Baptiſmalem, niſi putaret per ſe juſtificare *ante Baptiſmum*, & de ea ut tali loqueretur; 3. quod dicat ideo addita hæc; *quam ante Baptiſmum agi CONVENIT*, ut hæc pœnitentia oſtenderetur diverſa ab ea quæ eſt ſacramentalis; videbat ſcilicet eam Pœnitentiam quam non eſt neceſſe agi ante Baptiſmum, ſed *convenit*, quia perfectior eſt, & per ſe juſtificans, nullo ſenſu bono dici poſſe ſacramentalem *ante Baptiſmum* conſideratam.

Expendo denique id quod animadvertere licebit Theſi 16. aliiſque, Hiſtoricum ad ſeſſ. 14. unum pugnare toto conatu, ne opinioni ſuæ de neceſſitate amoris videatur adverſari Concilium; præclare cum ea actum putat, ſi non ſit damnata; cur verò non monebat verbo ſaltem, veritatem quam defendebat, definitam eſſe Seſſ. 6 c. 6. ſi hoc arrogantius videbatur, cur non illud modò indicabat, faviſſe ibi Concilium opinioni ſuæ? Non dimiſiſſet

B pro-

profecto præſidium illud cauſæ ſuæ, niſi ex Actis ſeſſ. 6. certiſſimus, pœnitentiam de qua ibi cap. 6. nullo ſenſu bono eſſe ſacramentalem: eſſe quidem *pœnitentiam quam ante Baptiſmum agi CONVENIT*, non tamen quam neceſſe eſt agi &c. Etiam alia via oſtendam ex hiſtoria Theſi 10. nihil ſpei adverſariis eſſe in cap. 6. ſeſſ. 6.

THESIS IV.

Nihil nobis nocens.

HIs poſitis manifeſtum eſt nihil nocere communi ſententiæ de Attritione eam partem hiſtoriæ, qua ibidem narrat Pallavicinus ita primùm conceptam fuiſſe formam à Compilatoribus ut nulla fieret mentio dilectionis Dei, at deinde Patribus placuiſſe ut adderetur mentio: poſt etiam aliis diſplicuiſſe additionem; ſed à Theologis fuiſſe defenſam ac vindicatam: qui etiam ſcriptam reliquerint hanc additionis cauſam: *Quandoquidem ſi pœnitentia tota eſſet à timore ſine amore juſtitiæ, & ſi dolor eſſet propter occaſionem ſolius pœnæ, & non propter offenſam Dei, tunc eſſet infructuoſa.* Quid mirum? Diſceptabatur enim pœnitentia non ſacramentalis, ut jam patuit ex hiſtoriâ. At, inquis, qui ergo fieri potuit, ut quidam e Patribus improbarent additam mentionem dilectionis? fuit illa quorumdam ſententia quam probabilem affirmat Suarez, ad Contritionem perfectam, & per ſe juſtificantem non eſſe opus formali amore Dei, ſufficere deteſtationem peccati ex motivo juſtitiæ, obedientiæ, Religionis. Videatur Cardinalis de Lugo diſ. 5. de pœnit. ſect. 1. n. 3.

Confirmatio Thes. 2. 3. 4.

§. 1.

Satisfit Lovanienſibus Alumnis de notione vocis *Convien.*

BEne habet: firmiſſimum adverſariæ partis propugnaculum, quod ſuſtentari videbatur c. 6. ſeſſ. 6. corruit penitus, ſi conſtet Italicæ voci *Convien* ea notio quæ voci latinæ *convenit*: hic & non alius ſcrupulus torquet hoc loco adverſarios, qui cenſent vocem *Convien* haud ſecus ac vocem *Oportet*, modo neceſſitatem, modo convenientiam ſignificare; quod idem credo dicent de voce Italica *Convenire* & *Convenienza*; contra

quam

quam uſu venit in vocibus latinis *Convenit*, *Convenire*, *Convenientia*, ut fatentur illi: ego vero contendo eandem ineſſe vim in vocibus Italicis *Convien*, *Convenire*, *Convenienza*, quæ ineſt in latinis *Convenit*, *Convenire* *Convenientia*.

Primum quidem uti liceat quodam præjudicio ex ipſa vocis Italicæ affinitate cum voce latina: ſi litteras ſpectes tam ſimilia ſunt *Convien* & *Convenit*, quam *vien* & *venit*: de his quidem nemo dubitat, quin idem velint: aio ne dubitandum quidem de illis; niſi argumento quopiam inſigni: conſtat enim voces italicas latinis tam ſimiles rarò degenerare a notione latina.

Jam vero non me laudabo ſi dixero me ſcire italice, nam quod de latinâ linguâ ajebat Orator vetus *Non tam pulchrum eſſe ſcire, quam turpe neſcire*, idem in me hic convenit: habitavi enim in Italia annis pluribus eâ ætate, quâ potui diſcere italice, didicique & uſu quotidiano & lectione: poſt hæc fatebor eodem candore, numquam mihi veniſſe in mentem ſuſpicari voci *Convien*, tam vulgari, tam tritæ, toties auditæ, lectæque aliam quamdam ſubeſſe vim, ac voci latinæ *Convenit*: idem mihi de ſe affirmat R. P. Antonius a Burgundia Collega meus, quondam in Italia auliſque Principum Italiæ priuſquam nobis jungeretur multum verſatus, ibidemque linguæ magiſtris uſus optimis, ut ſolent illi hunc in primis ſuæ peregrinationis fructum referre cupidi. Hæc adverſarii contemnent: porro ut lubet: non contemnet æquus lector partium ſtudio liber: ſed Lovanienſes alumnos audiamus.

Bene habet, inquit Author vindiciarum, *quod Lovanium alumnos habeat Italici idiomatis peritiſſimos*, qui contra judicant de voce *Convien*. Quid dicam? non eſt meum negare eſſe peritiſſimos Italici idiomatis quos ignoro qui homines, qualeſve ſint: unum audivimus in nupera diſputatione Doctiſſimum Philoſophiæ profeſſorem, qui recitatâ ex codice Italico Palavicini, unâ alterâque periodo, ſpecimen aliquod dedit peritiæ Italicæ: ſed ille idem interrogatus a me in illo Actu, cenſeretne ipſe vocem *Convien* ſignificare neceſſitatem, iſtud modo reſpondit (quod intelligere potuerim) poſſe ſe oſtendere in libris Italicis adhibitam vocem *Convien*, ubi eſt neceſſitas; quod eſſe verum etiam de voce *Convenit* in libris latinis facilè concedam; multò etiam frequentius neceſſitatem dici, ubi ſola eſt convenientia; præcipuè ſi magna ea ſit: preſſiùs ergo interrogatus ſemel iterumve, cenſeretne vocem *Convien* majorem habere vim ſignificandi neceſſitatem quam habeat vox *Convenit*, neque affirmavit neque negavit, quod quidem percipere potuerim, facileque intellexi quid ſentiret reipſa.

Ut ergo ſuus apud me ſit honos

cæteris *Lovanienſibus Alumnis italici idiomatis peritiſſimis*, credam ego parum preſsè interrogatos hoc voluiſſe ſolum, eſſe locum quoque voci *Convien*, ubi reipſa eſt neceſſitas, uti & contra, & quidem frequentius: quæ illorum reſponſio nihil infirmat id quod aſſero, eamdem eſſe vim vocis *Convien* & *Convenit*.

Quid plura, certus ſum illos *Lovanienſes Alumnos* quos adverſarius jactat, non audiendos præ iis quos proferam non Lovanienſes, ſed Italos, ſummos viros, Lovanienſibus nec incognitos, nec longe diviſos, ampliſſimâ dignitate extra Italiam conſpicuos, illuſtriſſimis familiis in Italia natos, ſuſceptos, educatos; quibus adeò, licuit nativum linguæ ſaporem unà cum lacte combibitum omni venuſtate & eruditione condire: injurius ſim tantis viris ſi teſtes appellem nominatim in re tam explorata: horum alii, me parum ſolicito, judicium de vocula exquiſierunt atque omnino compererunt meo congruere.

§. 2.

Satisfit Lexicis de notione vocis *Convien*.

POſt hæc ad lexica provocamur & vulgo dicta vocabularia & dictionaria: ſanctum tribunal! Præſidere dicitur Mr. Philippus Venutus, qui correxerit auxeritque lexicon francico-italicum typis editum An. 1634. ubi Capitalis feratur non una ſententia in vocem *Convien*. En igitur conclamatum eſt. Fateor, vix à me impetravi, ut adirem vocabularia, & dictionaria plerimque plena futilitatis: curavi tamen quæri in noſtris libris illum Magiſt. Phil: Venutum: inventa ſunt ejus dictionaria duo italico latina, utrumque ab ipſo authore editum, alterum An. 1562. alterum An. 1574. in utroque vocem Italicam *Convenire* non aliter vertit latine, niſi *condecet*, *decet*.

Fieri poteſt ut idem M. Venutus didicerit quoque linguam gallicam, & correxerit auxeritque quoddam lexicon Francico-Italicum impreſſum denique anno 1634. quamquam plerimque iſtius generis magiſtri voces ſuæ linguæ a ſe redactas in ordinem tradere ſolent vertendas alterius linguæ magiſtro: credam tamen meliora de M. Philippo Venuto: credam etiam præclare didiciſſe linguã gallicam: nam de hoc ſi cui forte eſt dubium, illi non erit idoneus interpres M. Venutus, etſi & voces gallicas accepiſſet ex optimis authoribus, itidemque Italicas ex optimis Petrarca, Dante, Boccáccio, adde & Arioſtum & Taſſum, & quidquid limatorum hominum tulit Etruria.

Unum animadvertam, iſtud eſſe vel vitium, vel laudabilem morem

iſtiuſmodi magiſtrorum, ut ſuæ linguæ voces genus quoddam ſignificantes interpretentur alterius linguæ vocibus, non iis ſolum, quæ genus idem ſignificent, ſed & aliis, quæ variam ſpeciem deſignent eidem generi ſubjectam: ſimiliter & ſpeciem explicare ſolent per ſua genera: conſtat autem Convenientiam eſſe quoddam genus vel quaſi genus, ſi comparetur neceſſitati præcepti ſeu rei omnino requiſitæ, ut obtineatur finis quo eſt opus: certè enim quæ res eſt ejuſmodi, ea omnis eſt conveniens, non tamen contra.

Porro ita ſolere iſtos magiſtros, perſpicuum erit aperienti quodvis lexicon vernaculum. Non abeamus longè in manibus eſt iſtud M. Venuti. Teneo paginam ubi interpretatur verbum italicum *Convenire*, huic verbo proxime infra locat, *Conventione*, *Patto*, *Accordo*: hæc latine ſic reddit: *Conventio*, *Conventum*, *fœdus*: conſtat vero foedus eſſe ſpeciem quandam *di Conventione*, *Patto*, *Accordo*: Poſt pauca verbum *Converſare*, cio è *Praticare con alcuno*, latine interpretatur *verſor Converſor*: atqui liquet utriuſque linguæ peritis, *verſari cum aliquo* eſſe quiddam generalius quam *Converſare*, cio è, *Pratticare con alcuno*. ibidem *Convito di nozze*, latinè *nuptialis cœna*: certum eſt rurſus generalius quiddam eſſe *Convito di nozze*. Ibidem *Coppa* Cio è *vaſo da bere*, latine *Calix*, *Crater* &c. latius patet *vaſo da bere*, quam *Crater*. Tædet plura deſcribere dabunt ſimilia paginæ prope ſingulæ hæc ibi erant ad manum, ubi agebatur de voce *Convien*: hanc ergo quid mirum ſicubi interpretentur illi magiſtri non ſolum *Convenit*, *decet* &c. ſed & *oportet*, *neceſſe eſt*? more ſuo faciunt cum genus convenientiæ explicant per ſpeciem convenientiæ ortæ ex præcepto &c.

Denique eſtne inuſitatum etiam latine loquentibus, ut dicant *neceſſe eſt*, ubi quiddam *Convenit* ſolum, præcipuè ſi valde convenit? Idem uſu venire loquentibus italicé probant illæ phraſes, quas collegit author vindiciarum: atqui interea verbum *Convenit* meram convenientiam deſignat, ut fatetur: quid ergo ex iiſdem pro verbo *Convien* fruſtra laborat extundere neceſſitatem? Eſt omnino vox *Convenit* Capitaliter inimica neceſſitati Dilectionis, ut definitæ à Tridentino, quod non diffitebitur, ut patet ex Theſi. Nihilo ergo eidem neceſſitati placabilior vox *Convien*.

§. 3.

Satis fit Titulo Capitis 13. lib. 8. Hiſt. Trid.

PAllavicino eandem fuiſſe notionem vocis *Convien* ac vocis *Convenit* non oſtendent ex titulo Capitis 13. lib. 8. in quo verſamur: ubi cauſantur inveniri hæc *e dell' atto di eſſa* (Carità) *richieſto à giuſtificarſi eziandio*

nel ſagramento: hoc eſt *& de actu Caritatis requiſito ad juſtificationem etiam in Sacramento*: particulam *etiam* omittunt illi: interfuiſſet ipſorum eam abeſſe, ut Seſſ. 6. cap. 6. videretur eſſe mentio de ſola juſtificatione in Sacramento ſed hæc mittamus.

Primum quidem ſuſpicor minus ſolicitos fuiſſe de voce *Richieſto* & *Richiedere* quam de voce *Convien* & *Convenire*: fuitne cura conſulendi de illa quoque voce M *venutum*? oſtenditur mihi in ejus Dictionario Italico latino vox *Richiedere eſſer conveniente* ſic reddita latine, *Convenit*, *Decet*: uſurpat & hæc pro eodem *Richiedere*, *Ricercare*, *eſſer lecito*: adeoque ſi hoc judice ſtandum eſt, *Richieſto* idem erit ac *lecito*, *conveniente*, latinè *conveniens*, *decens*: quamquam vox *lecito*, ut latina *licitum* etiam debilior eſt, quam vox *conveniens*, *Decens*: ſed habeat ſibi res ſuas Venutus, non defenſoribus iſtis res eget.

Quoniam igitur ex Hiſtoria, in qua nihil ſpei Adverſariis, provocamur ad titulos Hiſtoriæ, qui Hiſtoria non ſunt, ſed quædam promiſſio Hiſtoriæ, & quaſi aſpectus rerum variarum libatus feſtinanter ante ipſam rerum tractationem, age titulum capitis deſcribamus integrum.

Varii errori del ſoare. Decreti aggiuſtati nella materia della giuſtificazione, ed oſſervazioni ſopra di eſſi ne' primi ſei Capi, ove del peccato originale, della libertà, della diſtinzione fra l'abito della grazia, e della carità, e dell' atto di eſſa richieſto a giuſtificare eziandio nel ſagramento. Reddamus etiam latine: *Varii errores ſuaris. Decreta condita in materia juſtificationis: & obſervationes ſuper illis in ſex primis capitibus: ubi de peccato originali, de libertate, de diſtinctione inter habitum Gratiæ & Caritatis, & de actu hujus requiſito ad juſtificationem etiam in ſacramento.*

Luſtravi expendique & titulum narrationis, & narrationem ipſam diligenter, comperique manifeſtè ſcriptori uſu veniſſe, quod aſſolet ſtrictim aſpicientibus conſtructam uno in loco rerum copiam, ut quædam ſibi videantur aſpicere, quæ ubi ſingula in lucem proferunt, & ſuo quodque loco collocant, animadvertunt deeſſe. Spondet titulus primum *varios errores ſuaris, & decreta condita in materia juſtificationis*; reſpondet titulo narratio: ſpondet titulus deinde *obſervationes ſuper decretis in ſex primis capitibus*; non reſpondet titulo narratio: namque ad cap. 2. cap. 3. cap. 4. nullam *obſervationem* adjunxit Hiſtoricus ſatis habens verbis fere ipſis Concilii perſtringere doctrinam: ad cetera capita obſervat varia ex Actis petita: proxime ſpondet titulus agendum *de peccato originali, & libertate*: reſpondet narratio. Spondet deinde titulus agendū *de diſtinctione inter habitum Gratiæ & Caritatis*: non reſpondet narratio: ſcrutare excute illius capitis angulos omnes, mentionem *de diſtinctione inter habitum Gratiæ & Caritatis* nullam invenies. Denique ſpondet titulus agendum *de actu caritatis requiſito ad juſtificationem*

tionem etiam in Sacramento: non reſpondet narratio.

Nolo mihi credi, duarum & vix amplius paginarum eſt narratio, quā continet caput illud 13. explora, collige, confer omnia: tum vero exhibe verbulum, quod oſtendat tenuiſſimam modo ſignificationem ejus rei quam ſpondet iſtud tituli, *in Sacramento*; non exhibebis, neq; exhibent Adverſarii. Exhibui ego, niſi fallor, illuſtria ex ipſa Hiſtoria ſeſſ. 6. quæ perſuadeant eo collimare omnia, ut omnino aſſeratur neceſſitas Caritatis ad juſtificationem *ante Sacramentum* ſine ſacramento, & non in Sacramento. Contra illi verſent hiſtoriam, premantque, ut tandem exſtillet & exſudaſcat iſtud, *neceſſitas Caritatis in Sacramento*. Hactenus ne conati ſunt quidem. De Hiſtoria ſeſſ. 6. tacuit Author ſuppoſitæ *Veritatis & Caritatis*: poſt, Auctor idem Vindiciarum ex Hiſtoria ſeſſ. 6. quod faceret ad ſummam rei contentam his voculis, *in Sacramento*, attulit nihil.

Attulit, inquies, iſtud ex titulo Capitis *de actu Caritatis requiſito ad juſtificationem etiam in Sacramento*. At tu hinccine conficies narrationem hiſtoricam ſubjectam titulo mentionem habere *de actu Caritatis requiſito ad juſtificationem etiam in Sacramento*? pariter ergo confice, eadem narratione contineri mentionem de diſtinctione inter habitum Gratiæ & Caritatis: ſic enim ſpondet idem titulus. Confice narratione eadem reddi *obſervationes* ad ſex prima capita ſeſſ. 6. nam & has ſpondet titulus. In his non reſpondet titulo narratio; quid miramur, ſi nec in illo?

At, inquies, vide ne labem pudendam contrahat Hiſtoria, ſi, quod promiſit titulus capitis 13. non exequatur narratio. At tu igitur fac obſecro, ut quod promiſit titulus, exequatur narratio: fac ut narratio ita ſaltem verbo mentionem faciat *de diſtinctione habitus Gratiæ & Caritatis*. fac ut ſe uſpiam prodat iſtud *in Sacramento* &c.

Sed vero aniles ſunt metus illi: quid magnum peccavit grandium voluminum ſcriptor, ſicubi primo contuitu porrigens ſe ad res narrandas tam varias, quiddam vel non comprehenderit titulo capitis, quod deinde tangat narratio; vel comprehenderit, quod narratio non tangat? ſuperbiant minutili ſcriptores iſta laude accurationis, ut neque in titulo uſquam ipſos fugerit quidpiam: Scriptores Heroës, in quibus pridem nominatus eſt Emin: Pallavicinus, tot libris tempore haud magno ſed incredibili ingenii ſtilique celeritate ſcriptis clariſſimus, neque pilo plus ſe amant, iſtam laudem ſi tulerint, neque pilo minus, ſi non tulerint.

Nihil remittent adverſarii, improperabunt niſi fallor, abripi me immemorem Theſeos primæ qua ſpondebam, nihil me affirmaturum, nihil negaturum ad Hiſtoriam pertinens, niſi auctoritate ipſa nixum

Hiſtoriæ.

Hiſtoriæ. En autem peſſumdatur titulus capitis 13 lib. 8. Defungi poſſem hac reſponſione, titulus Hiſtoriæ non eſt Hiſtoria, ut explicui ſupra: poſſem & hoc cauſari, rem pertinentem ad Hiſtoriam affirmaſſe me in Theſi, atque ſic defendere ipſâ nixum authoritate Hiſtoriæ titulo ſubjectæ: plus non promiſi. Poſſem & Juris Conſultis uti defenſoribus, Jaſone in dig. vet. p. 2. l. . . D *ſi certum petetur. quid* inquit *ſi rubrica eſſet contraria nigro, cui potius ſit ſtandum? Alber. hic decidit ſtandum nigro tanquam potiori: nam poſteriora & ultima prioribus derogant l. Pacta nov. C. de pactis. Idem tenet Salicetus, Alexander, & Antonius de Butrio, quoniam nigrum eſt magis deliberatum.* Everard. in locis legal. *à rubro argumentum formatur quando ratio rubri eſt perfecta, & conſonat textui; ſecus ſi imperfecta & à nigro diſcrepat.* Paria docent Oliv. Seraph. Decis. 811. paſſimque cæteri.

Verum ut intelligant Adverſarii, quantum tribuam authoritati Eminentiſſimi Scriptoris, abdico præſidium illud omne: oſtendam neque contextum Narrationis cap. 13 intellectum ita ut vult Theſis mea, neque adeo me ſic intellecta narratione contradicere titulo capitis. Spondet titulus agendum præſenti capite *de actu Caritatis requiſito ad juſtificationem etiam in Sacramento.* Hoc vero dum ſpondet titulus, non affirmat actum Caritatis requiſitum eſſe in Sacramento, imo ne hoc quidem ſpondet oſtendendum eſſe in contextu capitis, ad juſtificationem in Sacramento requiri actum Caritatis. Hoc ut comprobem, non eſt multis opus: Spondet titulus idem, agendum *de diſtinctione inter habitum gratiæ & caritatis:* dicemuſne affirmare titulum, *diſtinctionem eſſe inter habitum Gratiæ & Caritatis?* aut ſpondere titulum oſtendendum eſſe in contextu capitis *diſtinctionem eſſe inter habitum Gratiæ & Caritatis?* Contrarium demonſtrabo ex ipſa Hiſtoria. Hoc unum ſpondent hujuſmodi tituli agendum in contextu, *an ſit diſtinctio inter habitum Gratiæ & Caritatis: an actus Caritatis ſit requiſitus ad juſtificationem etiam in Sacramento.* Titulos his ſimiles habemus in Sacris Canonibus: accipe è multis unum *de clericis conjugatis*: ipſo cap. 1. quæritur, an, & qui conjugari poſſint. Accipe etiam alterum *de conditionibus appoſitis*: quæritur ibidem cap. 7. an & quæ apponi poſſint: atqui notum eſt cuivis juris prudentiæ Tyroni Rubricam incipientem per *Ne* vel *ut* definire, ac habere vim textus; incipientem vero per *An*, ſolam proponere quæſtionem definiendam. Manifeſtum vero ex his eſt ne titulo quidem nos contradicere cum affirmamus Pallavicino verbum *Oportet* idem fuiſſe ac *Convenit*. Unum fateor ſpondere titulum diſquiſitionem hanc *an actus caritatis requiratur ad juſtificationem etiam in Sacramento*, neque titulo hac parte, uti nec aliis pluribus reſpondere contextum capitis, cujus rei invidiam, ſi quæ eſſe poteſt, omnem ſupra abſterſimus.

§. 4.

Aut Pallavicino poſt ſcriptam hiſtoriam ſeſſ. 6. & Illuſtrioribus Concilii Theologis Patribuſque excidit memoria, aut verbum *Convien* Pallavicino; & Theologis Patribuſque verbum *Oportet* idem eſt ac verbum *Convenit*.

TEneat animo lector verba illa cap. 6. ſeſſ. 6. quibus mirabiliter fidit pars adverſaria: *Deum tamquam omnis juſtitiæ fontem diligere incipiunt, ac propterea moventur adverſus peccata per odium aliquod & deteſtationem, hoc eſt per eam pœnitentiam quam ante baptiſmum agi oportet.* Hic vero ſi ſit determinata mentio *dilectionis* benevolæ & amicæ, contendunt communis ſententiæ patroni verbum *oportet* idem ſibi velle ac verbum *convenit*, tradique modum, quo *conveniat* juſtificari impium ſeu ante ſacramentum ſeu in ſacramento, non quo juſtificari neceſſe ſit: mihi non una de cauſa quam perſtringo Theſi 3. eſt probabilius præſcribi modum præparationis quo conveniat juſtificari impium *ante Baptiſmum*. Sit nunc quidem de hoc ut lubet: aggredior id oſtendere, quod ipſo capite 5. hujus promiſi.

De Pallavicino res eſt manifeſta ex Theſi 3. Adhæc, conſideret Lector, quæ dabit Theſis 17. 19. 21. atque in primis Confirmatio Theſis 16. 17. Paucis complectar quod res ipſa eſt. Pallavicinus in Hiſtoria ad ſeſſ. 14. unum pugnat totis viribus, ne videatur ibi damnata ſententia ſua, vocat *quæſtionem Scholaſticam*, quam proinde noluerint ibi definitã Theologi Tridentini: præcipue cum illorum quidam non fuerint ab ea alieni, ut exiſtimat ipſe. Eodem convehit cetera ex actis ſat multa cap. 10. lib. 12. idque ad cap 4. ſeſſ. 14.: ad cetera capita ejuſdem ſeſs. nihil, aut nihil admodum. Quid in eo laborabat Pallavicinus ut ex actis oſtenderet non eſſe damnatam ſeſs. 14. ſententiam ſuam, ſi credebat definitam ſeſs. 6? Si verbum *Convien* idem ipſi erat, ac *neceſſe eſt*? ſi eo tendebat addita Decreto mentio dilectionis quam expono Theſi 4. Verbo ſic abſolviſſet: errant paſſim omnes Theologi, ſeſs. 14. definitam prædicantes ſuam de Attritione doctrinam: imo vero damnata eſt ſeſs. 6. De hoc ille nec verbum unum. Ego vero affirmo incunctanter aut Pallavicino à ſcriptione Hiſt. ſeſs. 6. excidiſſe memoriam Hiſtoriæ ſeſs. 6. (quo quid dici poſſet in ſummum hiſtoricum probroſius?) aut eidem verbum *Oportet*, verbumque *Convien*, idem fuiſſe ac verbum *Convenit*.

De Patribus quoque, imo & Theologis Tridentinis, res erit perſpicua

ſpicua ex Theſi 10. ejuſque confirmatione: conſideret ea lector quæ ibi dabo, judicetque, an ſatis illi memores decretorum ſeſſ. 6. ſtatuerint ſeſſ. 14. tollendam e decreto mentionem omnem amoris, quæ inerat valde diſerta, niſi putarent *dilectionem* de qua ſeſſ. 6. eam eſſe qua præparari *convenit* impium non qua *neceſſe eſt*.

Age etiam, de Tridentinis vel Theologis vel Patribus demonſtretur res eadem diſtinctius. Seſſioni ſextæ conſtat interfuiſſe Dominicum Sotum: Hic vero Anno 1549. hoc eſt annis duobus à celebrata ſeſſ. 6. Pariſiis edidit lucubrationes ſuas de Natura & Gratia, opus denuo recognitum, ipſiſque Patribus Tridentinæ ſynodi dedicavit. Porro lib. 2. cap. 15. docet aperte ſufficere Attritionem, cujus vim defendimus, & quidem attritionem cognitam, ſi de Baptiſmo ſit ſermo. Monſtri ſimile! Dominicus Sotus, quem Pallavicinus appellat *grande lumen Theologiæ ætate ſua, atque inter primos qui poſt Franciſcum Victoriam Magiſtrum ſuum, gloriam ac hæreditatem illius ſcientiæ in Academiis Hiſpaniæ fundarunt*: vir Vir ille, inquam, particeps nuper diſputationum ſeſs. 6. recognito à ſe libro palamque edito, docet ſufficientem baptiſmo præparationem eſſe attritionem *dolentis non propter Deum, ſed propter timorem inferni*, (ſic enim loquitur:) Hæc ad Patres ipſos Tridentinos ſcribit. Atque interea Patres illi & Theologi, inter quos fuerat Sotus ſeſs. 6. cap. 6. definitum voluerunt præparationem ad Baptiſmum neceſſariam includere dilectionem illam hodie controverſam? verbum *Oportet* non idem eſſe ac *Convenit* excidiſſe profecto oportet, & quidem repente, ſummo Theologo memoriam omnem ſeſs. 6. Atqui non exciderat: illo enim ipſo cap. 15. ubi hæc docet Sotus, mentionem facit expreſſam ſeſs. 6. cap. 6. Quid dici aut excogitari poteſt in ullam ſententiam illuſtrius?

His paria urgeo de Ambroſio Catharino Compſano Archi-Epiſcopo qui & ſeſs. 6. interfuit Epiſcopus Minorienſis, & Anno 1551. evulgavit librum *Aſſertionum de certitudine gratiæ ad ſanctam Synodum Tridentinam*. ibi vero aſſert: 7 poſtquam pœnitentem ſic depinxerat *reſtatur illi conſcientia, quod mallet mortem millies incurriſſe, quam Deum offendiſſe &c* poſt pauca ſic pronuntiat. *Verum non me coarctans ad tanta contritionis ſigna, ſed aſpiciens ad bonitatem Dei & amplisſimam ejus miſericordiam, qui non eſt eouſque ſeverus ut à peccatore tanta poſtulet..... credo enim procul dubio Deum parcere homini non ponenti obicem id eſt non habenti malam actualem voluntatem, & petenti ab eo cum fide & fiducia miſericordiam, ut dignetur ſibi dare bonam voluntatem & cor mundum in eo creare: credo, inquam, procul omni dubio ab iis, qui tales ſunt recipi gratiam*. Hæc Pater ille Tridentinus, poſtquam haud ita pridem ſeſſ. 6. aſſediſſet, tuliſſetque ſententiam de

præ-

præparatione deſcripta c.6.illius ſeſs.

Licetne urgere paria de Ruardo Tappero? Ampliſſimi Doctoris Epitaphium in ſummo templo D. Petri Lovanii hæc habet inter cætera: *Ad Tridentinum Concilium è Belgio primus evocatus:* imo Concilium & *plurimum exornavit & ſtrenuè promovit*, ut narrat Bibliotheca Belgica. Dubium eſſe poſſit, an ſeſs.6. interfuerit; de qua re eſto judicium Lectoris, ſi modo hæc conſiderarit quæ propono. Primus è Belgio ad Concilium ivit Tapperus: ivit ergo prius quam Joan. Leonardi Haſſelius, alias ab Haſſelt dictus, Lovanienſis & ipſe Doctor, diverſus ab illo cui eſt nomen Joanni Heſſelio, litterâ diſcrepans: atqui Haſſelius in Concilio fuit ſub Julio III. ut conſtat ex ejus ſententia ſeu diſſertatione ſuper facto Nectarii exhibita Præſidibus Concilii, quæ extat inter Orationes in Concilio dictas: imo ut habent faſti Lovan: obiit Haſſelius Tridenti Anno 1552. 5. Januarii, hoc eſt ſub principium menſis Decimi ab inchoata Synodo ſub Julio, poſtquam intermiſſa fuerat annis fere quatuor. Hic vero per ſe apparet imprimis credibile illis novem circiter menſibus Haſſelium Tridenti verſatum eſſe, miſſumque eo fuiſſe, Concilium indicente Julio III. Et alioqui raptus ſit oportet vix bene cognitus Tridentinis Patribus: & tamen *in celeberrimo Patrum conſeſſu clarus* prædicatur à Valerio: de quo & teſtatur illa, quam dixi, non minus erudita, quam prolixa diſſertatio ſuper facto Nectarii præſidibus Concilii ab Haſſelio exhibita: atqui hoc poſito, conſtabit Ruardum Tapperum non fuiſſe in Concilio ſub Julio, cum prior Haſſelio, imo primus omnium è Belgio eo ſit miſſus: oportebit ergo Tridenti eum fuiſſe ſub Paulo III, ſub quo ſeſſio 6. eſt celebrata: atqui poſt ſeſs.6. imo 14. docuiſſe Ruardum aperte ea, quæ de Attritione docent communiter Theologi, jam pridem contra quæſt.quodl. demonſtratum eſt ita, ut nugari eum oporteat, qui addubitet.

Urgeo paria de Alfonſo Salmerone, quem inter Theologos Pontificios ſediſſe in Concilio, & quidem conſtanter, à Principio ad finem Paulo III. Julio III. Pio IV. Pontificibus compertum eſt: audiatur ille, tot arcanorum particeps, Com. in Evan. Tom.11.tract.22. quæ uti & cætera conſtat ſcripſiſſe ipſum jam finito Concilio: *doloris* inquit *ſenſus bonus eſt, ſi ex fide & timore juſtitiæ Dei vel ſolo, vel etiam cum noſtri amore conjuncto (quippe equidem nos ipſo jure naturæ debemus diligere) peculiari Dei munere prodeat: atque hic dolor etſi per ſe ſit imperfectus, in Sacramento tamen conjunctus remiſſionem efficit peccatorum.* Potuitne diſertius?

Urgeo paria de Andrea Vega, qui & ſeſs.6. interfuit, & ſcribens in decretum ſeſs.6. de juſtificatione, affirmat diſerte locis variis, ſed imprimis lib.13.cap.24. *quod abſolutio poteſt primo juſtificare, videlicet cum quis ſine tali dolore*

(*propter Deum*: de hoc enim mentio fuerat) *& cum ſolo dolore de peccatis propter gehennam vel alia mala evitanda, aut propter alias ſimiles cauſas ad Confeſſionem accedit*. Nil addi poteſt ad claritatem.

Quid ego plures conſectér, quod omnino poſſem? unus Dominicus Sotus, cujus elogium audivimus ex Pallavicino; unus Andreas Vega, quem & Pallavicinus *Doctiß. Theologum* appellat, auditumque *cum attentione & æſtimatione debita* in Concilio; & non levis laudator Caniſius affirmat *primariis Concilii Tridentini Theologis doctorum judicio annumeratum*: unus denique Alfonſus Salmeron tot ingenii ac eruditionis monumentis clarus par eſſe poteſt ut rem ipſam nobis conficiat: ſiccine poſt Tridentinum Concilium effluxerat memoria Salmeroni, ſeſs. 6. cap. 6. decretum fuiſſe pręparationem neceſſariam ad Sacramentum eſſe dilectionem benevolam? atqui tamen profectò firma viro ex Concilio reduci erat memoria, qua deinde opitulante ea prompſit omnia poſteriſque mandavit, quæ ſi lectione ſola evolvenda ſint, cohorreat etiam lector impiger: ſed neque cæteris, quos nominavi, viris tantis credibile eſt à celebrata ſeſs. 6. excidiſſe ea, quæ ipſi diſputarant eo loco. Placeat ergo altera propoſitæ in titulo disjunctionis pars, controverſam vocem *Oportet* cap. 6. ſeſs. 6. non neceſſitatem ſed convenientiam ipſis, ipſique adeo Cardinali Pallavicino & Concilio univerſo ſignificaſſe.

THESIS V.

Hiſtoria ſeß. 6. c. 7.

ARgumento Primipilo infeliciter, ut oſtenſum eſt petito ex cap. 6. ſuccenturiari ſolebat argumentum geminum ex cap. 7. ejuſd. ſeſſ. 6. capitalia hæc erant. *Fides niſi ad eam ſpes accedat, & caritas neque unit perfecte cum Chriſto, neque corporis ejus vivum membrum efficit.* Hæc iidem: *vitam æternam.. . . . ſine ſpe & caritate fides præſtare non poteſt.* Hæc ſcilicet *non poſſe de habitibus intelligi evidenter oſtendebatur*: in principio capitis agebatur de habitibus: circa medium capitis poſt verba illa *ſecundum propriam cujuſque diſpoſitionem & cooperationem*, deflectebatur ſermo ad actus: rurſumque in fine capitis revolvebatur ad habitus: ſic illi credebant: nos contra ſtatuimus hanc theſim: conſtare oportet ex Hiſtoria Tridentina etiam proximè poſt illa Verba *ſecundum propriam cujuſque diſpoſitionem & cooperationem*, illo cap. 7. ſermonem eſſe de habitibus & non de actibus. Etenim Pallavicinus hiſt. Trid. p. 1. lib. 8. cap. 14. cum deſcripſiſſet verba pleraque, quibus utitur Concilium illo cap. 7. atque etiam illa *fides niſi ad eam ſpes accedat & charitas*

&c

&c. poſt pauca ſic obſervat: *denique conſidero quod mens Concilii fuit ſtabilire habitum infuſum juſtitiæ, & non meram juſtitiam intrinſecam non determinando an illa ſit vel actus vel habitus, ſicuti inclinavit ſe ad credendum Gab. Vaſquez: quod mihi redditur notum, propterea quod tunc requirente quodam, ut magis expreſsè declararetur fieri juſtitiam per habitum infuſum, reſponderunt Deputati ſatis hoc declarari vocabulo* INHÆRENTIAE, QVOD IMPORTAT STABILITATEM, ET CONVENIT HABITIBVS NON ACTIBVS. Satin diſerta eſt narratio? eſtne alius in hiſtoriâ locus, quo contrà niti liceat in hâc controverſiâ? non invenies. Fidem igitur adhiberi hiſtorico poſtulat *hiſtoriæ graviſſima & omni exceptione major authoritas*: His enim Verbis extollitur ab adverſa parte. Sit igitur hoc fixum: cenſuerunt deputati non eſſe opus expreſſiori mentione habitus infuſi: cenſuerunt ſatis declarari habitum infuſum *vocabulo* INHÆRENTIÆ, *quod importat ſtabilitatem, & convenit habitibus, non actibus.*

THESIS VI.

Graviter nocens adverſæ parti.

INtereſt vero quâ parte cap. 7. adhibeatur vocabulum *inhærentiæ*: nam in principio quidem capitis ſermonem eſſe de habitibus, in medio de actibus, in fine de habitibus ajunt illi: in medio inquam poſt illa verba *ſecundum propriam cujuſque diſpoſitionem & cooperationem*: contenduntque diſerte intelligendam eſſe de actu caritatis hanc periodum verbis illis proximam: *quamquam enim nemo poſſit eſſe juſtus, niſi cui merita paſſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti communicentur: id tamen in hâc impii juſtificatione fit dum ejuſdem ſanctiſſimæ paſſionis merito per ſpiritum ſanctum caritas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui juſtificantur, atque ipſis* INHÆRET: Ecce autem vocabulum INHÆRENTIÆ, quod ponderabant deputati, occurrens opportunè illo ipſo loco, quem de actu Caritatis, & non de habitu intelligendum contendebat tam pugnaciter pars nobis adverſa, & ſi placet *evidenter oſtendebat*: & quidem occurrit ita illo loco, ut nuſquam alibi toto illo cap. 7. mentio ſit de inhærentia vel inhærendo: affirmatur vero *caritas Dei ipſis* INHÆRERE *qui juſtificantur*: atqui jam patuit ex hiſtoriâ eò adhibitum fuiſſe vocabulum INHÆRENTIÆ, ut declararetur *fieri juſtitiam per habitum infuſum*, & cenſuiſſe deputatos *ſatis hoc declarari vocabulo* INHÆRENTIÆ, *quod importat ſtabilitatem, & convenit habitibus non actibus*: invictè igitur concluditur ex hiſtoriâ Trid. etiam proximè poſt illa verba; *ſecundum propriam cujuſque diſpoſitionem & cooperationem* illo cap. 7. ſermonem eſſe de habitibus & non de actibus: adeòque pro neceſſitate dilectionis

lectionis nihil argumenti poſse exſculpi ex his verbis, quæ deinde ſequuntur *fides niſi ad eam ſpes accedat & caritas neque unit perfectè cum Chriſto &c.* neque item ex his; *vitam æternam..... ſine ſpe & caritate fides præſtare non poteſt*: ſermo eſt evidenter de ea caritate, quæ INHAERERE dicebatur, neque id diffitentur adverſarii.

Confirmatio Theſis 5. 6.

HOc loco Adverſarius mihi viſus eſt iis ſimilis, qui fugere ex acie dicuntur, *non tam abjecto, quam rejecto clypeo.* Quin & in ipſo receſſu, quamdam pugnantis ſpeciem ſervat, cauſatur Dominicum Sotum, qui ſeſ. 6. interfuit, affirmare, concilium *conſultò abſtinuiſſe nomine habitus, ſed tantum definiſſe hominem juſtificari per juſtitiam diffuſam in cordibus noſtris, quæ illi inhæreat*, teſte Bartholomæo Medina: at Sotus hoc unum affirmat, Concilium *conſultò abſtinuiſſe nomine habitus*: verum ille Hiſtoriæ Tridentinæ tantus laudator, quo mihi Sotum hoc loco, quo Medinam commemorat? credas velle infringere authoritatem Hiſtoriæ uno proferentis ictu argumenta duo tam cara, tam elaborata, calidèque defenſa: at mox deficit ad cœpta manus: *cæterum*, inquit, *etiam hac in parte fidei Hiſtoria Tridentinæ, ſine ulla exceptione, ſine ullo ſuco inviolate deſeremus.* Eſt hactenus quod gratulemur hiſtoriæ. At rurſus, quaſi redeunte in præcordia virtute, *& tamen*, inquit, *argumenta quæ ex hoc cap. 7. protulimus inconcuſſa permanere oſtendemus*: ſic manum tollit de tabula.

Non ſum Oedipus, ut divinem, ſed neque exquirere licuit coram, (Lovanio enim abfuimus, cum diſputatæ ſunt Vindiciæ,) quo ille pacto verba hæc; *fides niſi ad eam ſpes accedat & caritas non unit perfectè cum Chriſto &c.* accepturus ſit de habitu caritatis; quod tam manifeſtè poſtulat hiſtoria, & pugnaciſſime negavit Adverſarius: ſimulque vim ſuam omnem vindicaturus huic argumento, *fides niſi ad eam ſpes accedat & caritas non unit perfectè cum Chriſto &c. Ergo ſi Attritio deſtituatur omni motu caritatis non uniet perfectè cum Chriſto &c.*

Eædem mihi tenebræ ſunt ad argumentum alterum *fides ſine ſpe, & caritate vitam æternam præſtare non poteſt, ergo nec attritio ſervilis &c.* Validum eſt argumentum utrumque, ſi, quod contendebatur ante hac, in verbis Tridentini, quibus utraque nititur conſequentia, ſermo ſit de actu caritatis: unde hoc unum pro viribus quondam egit Adverſarius, ut de actu caritatis videretur ſermo eſſe: hoc unũ contra toto conatu ſubruendum ſibi duxit ejus Antagoniſta: hoc illud erat, de quo pugnabatur: at ecce tandem iſto loco Tridentini non eſt amplius ſermo de actu caritatis: ſermo eſt de de habitu, fatetur adverſarius: manus dat hiſtoriæ *ſine ullo ſuco*, & tamen *argumenta*

gumenta inconcuſſa permanent. Quid, malum, ſe cruciavit ergo toties, quo videretur ſermo eſſe de actu caritatis, ſi, ut ut eſſet de hoc, inconcuſſa permanebant argumenta? inſpice lector argumentum hoc; *fides ſine habitu caritatis non iuſtificat, ergo nec Attritio ſine actu caritatis in ſacramento.* Languidum eſt, inquis: at vim habet non minorem quam hoc; *fides ſine actu caritatis non iuſtificat, ergo nec Attritio ſine actu caritatis:* vim illud habere non minorem quam hoc, volunt illi, & quidem *ſine fuco.*

THESIS VII.

Reformatio decreti ſeſſ. 14.

EX hiſtoriâ Trid. ad quam provocabamur enervavimus argumenta tria ex ſeſſ. 6. petita, quibus præcipuè fidebat pars adverſaria: reliqua argumentorum turba levioris armaturæ conglobata nihil hoc loco nos morabitur, quando invitat hiſtoria ad ſeſs. 14. imò quando eò provocamur, compellimurque hoc tempore à doctis indoctiſque. Nos verò eòdem deſcendimus ſponte noſtrâ ac lubentes: atque ut videas æquitate ipsâ cauſæ confiſos, ante omnia nos committimus in locum, ut exiſtimant, nobis fatalem, & præ cæteris jactatum. Pallavicinus parte 1. Hiſtor: Trid. lib. 12. cap. 10. narrat conceptum fuiſſe decretum de Contritione hac formâ: *Illa Contritio, quam Theologi vocant Attritionem, propterea quod ſit imperfecta, & ſolùm concepta per conſiderationem turpitudinis peccati, vel per timorem gehennæ, & pœnarum, qui timor vocatur ſervilis, ſi voluntatem peccandi excludat, & exprimat qualemcumque dolorem de commiſſis delictis, ſtatuit, & declarat hæc S. Synodus, quod non ſolum non facit hominem hypocritam & magis peccatorem (ſicut aliqui non dubitant blaſphemare) ſed eſt ſufficiens ad conſtitutionem huius Sacramenti, & eſt donum Dei, & impulſus veriſſimus Spiritus S. non jam adhuc habitantis; ſed ſolùm moventis: quo pœnitens adiutus* (CVM VIX POSSIT ESSE SINE ALIQVO MOTV AMORIS ERGA DEVM) *ſibi facit viam ad iuſtitiam, & per ipſum ſe diſponit ad impetrandam facilius gratiam Dei.* Poſt hæc narrat Hiſtoricus Epiſcopo Tudetano diſplicuiſſe formam decreti, fuiſſeque emendatam ita ut nunc extat ſeſſ. 14. c. 4. Hic vero exclamant emendationem illam decreti exitialem extitiſſe noſtræ doctrinæ de ſufficientiâ Attritionis ſine amore: nos verò contra propugnabimus hanc theſim: emendatio illa decreti vehementer profuit noſtræ doctrinæ de ſufficientia Attritionis ſine amore in Sacramento.

THE-

THESIS VIII.

Vehementer utilis doctrina noſtra.

NEceſſe eſt profectò doctrinæ noſtræ vehementer utilem fuiſſe emendationem decreti, ſi hoc niſi emendaretur, funditùs evertebat doctrinam noſtram: evertebat autem funditus; quod perſpicuum faciet parenthesis illa (*cum vix poßit eſſe ſine aliquo motu amoris erga Deum*) quam Patres eradi curarunt: noſtra interfuiſſe plurimùm eam parentheſim eradi, nuper videbant, ut opinor, adverſarii noſtri: poſſem afferre cur ita opiner, ſed non eſt meum refricare vulnus illiberaliter: rem ipſam urgeamus: ſic docebat decretum illud; Attritionem ſolùm conceptam ex conſideratione turpitudinis peccati, vel metu gehennæ *eſſe donum Dei & impulſum veriſſimum Spiritus ſancti .... quo pænitens adiutus (cùm vix poſſit eſſe ſine aliquo motu amoris erga Deum) ſibi facit viam ad iuſtitiam, & per ipſum ſe diſponit &c.* Quid hæc amabo, volebant ſibi? Res ex ſe eſt perſpicua, hoc voluiſſe: Attritio ſolùm, concepta ex motivo turpitudinis peccati vel timoris gehennæ juſtificat cum Sacramento: quia vix poteſt eſſe ſine aliquo conſortio amoris, ſive quia ſemper, vel fere ſemper eſt cum aliquo motu amoris, non quidem ut motivo Attritionis, ſeu doloris, ſed tamen comitante Attritionem: cauſam nota cur juſtificet: ergo de ſententiâ illius quidem decreti, non juſtificaret illa Attritio ſi abeſſet amor: nec enim ſuſpicari poſſumus hoc voluiſse decretum, Attritionem ſolùm conceptam ex metu juſtificare etiam cum abeſt amor, idque quia plerumque alias ſolet amor adeſse; hæc enim ratio nimis eſt inſipida nulliuſque coloris: amor qui non eſt, ſolùmque poteſt eſse, nec pretium, nec vim addere poteſt Attritioni: quod uti eſt evidens omni homini, ſic & illis fuit qui decretum conceperunt. Liquet ergo exitioſum doctrinæ noſtræ futurum fuiſse decretum, ſi non emendaretur: profuit ergo plúrimùm decreti emendatio.

Confirmatio Theſis 7. 8.

HIc locus omnis, quo, niſi fallor oſtendi efficaciter emendationem Decreti fuiſſe vehementer utilem doctrinæ noſtræ, nec læditur, nec leviter perſtringitur ab adverſario: involat in eas partes Decreti, quarum expunctio videatur nobis nocuiſſe: de hoc viderimus ad Theſ. 11. 12. & ſequentes.

Hic vero non eſt ſilentio prætereunda quædam, ut leviſſime dicam, immoderatio, qua Diſputationem ingre-

ingreditur: dubites mentemne bonam ac ſynceram in nobis deſideret, an acumen & perſpicacitatem. Videmur illi ſimiles Academicis aſſerentibus *nigras nives, nigrum argentum*: tum adhibet illud Lactantii: *nec ſi ſolem quidem ipſum in manibus geſtemus fidem accommodabunt*. Hic contra quiſpiam uſurpet illud vetus, *riſi nivem atram*. Mihi vero mirari ſubit, virum ſummo ingenio ſummaque prudentia ac doctrina, atque inter Eximios DD. Eximium, dignatum fuiſſe ſuis vindiciis has Theſes hominis tam nullâ acie præditi: ut non diſtinguat album nigrumque, ac ne ſolem quidem ipſum cernat, ſi aſpexerit. Quoniam tamen dignari volebat, conſultius ſane illud ſuum de nobis judicium celaſſet: erat enim periculum, ne, ut ille nos Academicis facit ſimiles, ſic ipſum Epicuræis accenſeret quiſpiam, arripiens illud dictum olim in Velleium: *fidenter ſane, ut ſolent illi, tamquam modò ex Deorum Concilio, & ex Epicuri intermundiis deſcendiſſet, nihil tam verens, quam ne dubitare aliqua de re videretur.*

Fortaſſe tamen non tam acumen noſtrum, quam voluntatem ſugillatam voluit. Si eſt ita, plagam accipimus haud paulo graviorem, quibus carior eſt fama probitatis quam ingenii, aut doctrinæ. Sed nos ea utemur conſolatione quam ſibi adhibuit Auguſtin: lib. contra Secund. Manichæum cap. 5. *ſenti de Auguſtino quidquid libet; ſola me in oculis Dei conſcientia non accuſet.* Porro his miſſis, quibus ineſt atra vis turbandi, probandi vera nulla, hæreat pedi pes; neque ſepiarum more, effuſo atramento decoloremus aquam.

THESIS IX.

Fuit utilis poſitive.

PArum eſt profuiſſe emendationem quatenus impedivit ne graviſſimè noceret decretum: contendimus profuiſſe poſitivè, ac longè longéque plurimum profuiſſe: quia emendatione illâ redactum eſt decretum ad eam formam, quæ viſa eſt tam perſpicuè continere doctrinam noſtram, ut orbe toto Chriſtiano Doctores omnium ordinum celeberrimi, ac Theologi penè omnes non dubitarint ex decreto ut nunc extat aſſerere, ac ſtabilire ſufficientiam Attritionis ſine amore benevolentiæ. Vivebant etiamnum PP. qui condendo decreto interfuerant: vivebant Theologi, qui diſputarant in Concilio quæſtiones tantas: animadvertebant, videbantque ſerpere doctrinam illam authoritate Concilii munitam per Academias Europæ omnes longè latèque: quem umquam illorum PP. aut Theologorum

 acce-

accepimus teſtatum eſſe falſâ Concilii authoritate muniri doctrinam; aut decretum de Contritione ſic emendaſſe Concilium, ut nollet deciſam quæſtionem præſentem? fierini poteſt ut nemo ſe objecerit torrenti abutentium Concilii authoritate in re tanta? atqui denique accrevit ita torrens ille, ut DD. ac Theologos involverit prope omnes: paucis abhinc annis deſciverunt quidam; ſcimus quo authore: ſed neque perfecerunt quo minus Academiæ prope omnes conſtarent ſibi: in Lovanienſi ſecuti hunc quidam: in Pariſienſi quidam: extra Galliam, Belgiumque velim mihi annumerari Doctorum, aut Theologorum Capita qui doceant hoc tempore Attritioni eſſe neceſſarium amorem qualem hic requirunt: non peto tam diſſidentem, paucos enim invenient; niſi forte ne unum quidem fuit inventum. Pallavicinus quidem, quod hic adnotandum [illegible], negavit neceſſitatem amoris Dei ſuper omnia in Sacramento, quem adverſarii noſtri requirunt quorum memores perſpicere potuerimus [illegible] quoque paſſim omnes qui Sacramento utuntur, ac perfacile quidem elicere amorem requiſitum, neque ſolere ſecus accidere, affirmans alioqui ſe à ſua ſententia diſceſſurum &c.

Confirmatio Theſis 9.

HOc loco moleſta eſt Adverſario eloquentia, ut vocat, noſtra. Non ſum eloquens: attamen cauſa eſt ejuſmodi, ut vel eloquens vel diſertus videri poſſit, qui eam tractet, quamvis ſit infantiſſimus. Eloquentiam crudo appellat id, quod eſt res ipſa, reique ad perſuadendum [illegible] verbis ſubjectum.

§. I.

Quanti ſit authoritas Theologorum quos appellat hæc Theſis 9.

SEd quin (inquit), *præferuntur Authores, per quos tempore quo vivebant Patres & Theologi Tridentini [illegible] hujuſmodi doctrina?* Bene eſt: non diffitebitur ingens quoddam, ac inſuperabile momentum ineſſe in communi Theologorum authoritate, eo tempore ſcribentium ac docentium de Attritione, quo vivebant Patres & Theologi Tridentini. Sane quidem Eminentiſſimus Pallavicinus, quantum cenſeat tribuendum hujuſmodi authoritati, non diſſimulat lib. 6. Hiſt: cap. 17. ubi ut oſtendat Decretum Tridentini ſeſſ. 4. ſtatuentis & declarantis *Scripturæ editionem vulgatam pro authentica habendam*, non ſic accipi oportere, quaſi definitum ibi ſit, vulgatam verſionem, nullo penitus verbo diſcre-

pare à prima origine : hanc tenet rationem : *Quandoquidem decretum minùs expreſsè fuit intellectum à multis authoribus, qui vel concilio intervenerunt, vel cum iis locuti ſunt qui intervenerunt.* Mox unum profert Andream Vegam, qui dum condebatur decretum adfuerat Theologus : tum vero Melchiorem Canum, & Didacum, Paynam d'Andrada, qui tunc non adfuerint quidem, ſed à Decreti Authoribus doceri potuerint de ejus ſenſu. Denique & Gisbertum Genebrardum, *qui vixerit illis temporibus, & ſine dubio etiam ipſe locutus fuerit cum Authoribus Decreti.* His in iſtâ controverſiâ potiſſimum confidit Pallavicinus. Rem ergo ipſam & Pallavicino & Adverſariis meis confeciſſe meritò videbor, ſi oſtendero nihil me ſupra verum exaggeraſſe in Theſi torrentem illum Theologorum nobiſcum ſentientium de Attritione eo tempore, quo vivebant Patres & Theologi Tridentini, à quibus & doceri poterant, ne peccarent contra Decretum, & reprehendi ſi peccaſſent.

§. 2.

Quonſque vitam traxerint varii, cum Theologi, tum Patres Tridentini

NE vel perturbatè vel temere affirmarem quidpiam, rem exequens momenti ſummi, non fuit recuſandus hic labor, ut perquirerem non de omnibus (hoc enim neque neceſſarium mihi erat, neque ſatis poſſibile) ſed de permultis ac ferè illuſtrioribus Patribus ac Theologis Tridentinis, quouſque reduces è Concilio vitam traxerint : quo fieret indubitatum illud in Theſi, *vivebant etiamnum Patres, vivebant Theologi &c.*

Memor ut Lector ſeſſionem poſtremam Concilii Trid : abſolutam eſſe 4. Dec. 1563. jam ergo ne ſim odioſus catalogo prælongo, per ſe quiſque intelligit, plurimos & Patres & Theologos Tridentinos vixiſſe annis ſaltem 12. vel 13. poſt ipſum Concilium.

Porro Anno. 1578. ſupererant in vivis (qui quidem haud magno ſtudio inquirenti occurrerunt, ut de cæteris facias conjecturam) Legati Pontificii, ſeu Concilii ipſius Præſides omnino tres, Staniſlaus Hoſius, Joannes Moronus, Marcus Siticus S. R. E. Cardinales : ſupererat, qui & ipſe Concilio Cardinalis interfuerat Ludovicus Madrutius.

Supererant eodem anno qui Concilio interfuerant Epiſcopi, poſteaque ad ſummum Pontificatum ſunt evecti, Hugo Boncompagnius, Joannes Baptiſta Caſtaneus, Joannes Anton. Fachinetus, Nicolaus Sfondratus dicti poſtea Gregorius XIII.

Urbanus VII. Innocentius IX. Gregorius XIV.

Supererant, qui plerique Concilio interfuerant Epiſcopi, poſteaque S. R. E. Cardinales creati ſunt, circitèr viginti, Alexander Sfortia, Vincentius Juſtinianus, Georgius Draſcovicius, Guido Ferrerius, Michael à Turre, Carolus D'Angennes, Stephanus Bonucius: longum ſit reliquos memorare nominatim.

Denique ſupererant, qui Concilio interfuerant Patres ac Definitores variis Europæ Regnis ac Provinciis diſperſi circiter triginta: ex his vero de iis fiat conjectura qui interfuerant Theologi juriſconſulti aliove titulo.

Hi inquam omnes, atque haud dubium, quin multo plures vivebant florebantque illo anno 1578. ut intelligas etiam annis proximè conſequentibus vixiſſe ex illis pleroſque: certe Anno 1583. cum ſua in lucem edidit Bellarminus noſter, ex iis quorum nomina, numerumve recenſui, haud plures decem vel 12. obierant.

Juvat etiam accuratius adnotare quos ex Concilii Patribus ac Theologis habuerit Superſtites An. 1588. quo ille tam laudatus adverſariis Vivaldus edidit Candelabrum ſuum. Hic ille eſt Annus quo perſtabant in vivis diu victuri Marcus Siticus Concilii Præſes, & Ludovicus Madrutius S. R. E. & ipſe in Concilio Cardinalis; ſimiliter tres futuri Pontifices Joannes Baptiſta Caſtaneus, Joan. Ant. Fachinetus, Nicol. Sfondratus qui in Concilio adfuerant Epiſcopi.

Vivebant è Patribus Concilii Stephanus Bonucius, Fridericus Cornelius, Hippolytus de Rubeis, Julius Cananius, Nicolaus de Pelleve, Marcus Anton: Columna, Gabriel Paleotus, Scipio Lancelotus, Ant. Maria de Salviatis, omnes S. R. E. Cardinales poſteaquam Concilio vel ſacris infulis vel aliis honoribus inſignes, ſuam operam navarant.

Vivebant Præter hos Antonius Altovitius, Franciſcus Belcarius, Carolus D'Eſpinay, Philippus du Bec, qui ad Concilium convenerant Epiſcopi vel Archi Epiſcopi.

Denique vivebant Alphonſus Salmeron, Claudius Sanctes, Gentianus Hervetus, nec non ex Illuſtriſſima familia Eremitarum S. Auguſtini, Simon Braccolanus, Thadæus Peruſinus, Chriſtophorus de Santorio, æſtimatiſſimi in Concilio Tridentino Theologi.

Quid plura? vixerunt multa canitie pariter & virtute doctrinaque venerabiles Patres & Theologi Tridentini uſque ad annum 1600. 1605. &c. imo ſi credimus Encomiaſti Auguſtiniano, anno demum 1612. ad plures abiit Chriſtophorus de Santorio; quæ omnia ſic accipiat Lector, ut affirmata ab idoneis ſcriptoribus, quos appellabo, cum opus fuerit, ut etiam pervestigata haud magna veſtigatione,

gatione, qua ſi majorem voluerit quiſpiam adhibere, copiam quoque hac majorem facile ſit inventurus: hęc nobis ſufficiebat.

§. 3.

Vivebant Patres & Theologi Tridentini, cum accreſcebat Theologorum torrens nobiſcum ſentientium, involvens denique Academias Europæ omnes &c.

NOn hoc nunc ago, ut quidquid eſt authoritatis, communem de Attritione doctrinam protegentis, id omne convocem: alioquin enim & Tridentino Concilio ſuperiores Theologi poſt D. Thomam, & Scotum, (quos vindicabunt inclytę ſcholę Thomiſtarum, & Scotiſtarum,) audiendi eſſent Fiſcherus Roffenſis, Joannes à Daventria, Tilmannus Segebergenſis, Paulus Corichius, Jacobus Latomus, Durandus, cęteri quorum ſententiam exponit Gabriel Biel, & quorum nomine, cum Luthero pugnat Fiſſcherus, ut ſua ſententia loquens ut ſententia Catholicorum. De his omnibus aliiſque pridem oſtenſa liquidò res eſt a R. P. Maximiliano Ledent: expectamus etiamnum, ut vel unus proferatur Concilio Tridentino antiquior, qui agnoſcat Attritionem ſufficere ad juſtificationem in Sacramento, requirat tamen *Amorem benevolentiæ efficacem ſuper omnia*, quem requirit hodie pars nobis adverſa.

Eſſent & audiendi Theologi Tridentini, qui ex Concilio reduces doctrinam noſtram ſcriptis libris evulgarunt minime dubiè, ut vidimus in Confirmatione Theſ. 2. 3 4 5. 4 Accenſerem Petrum Guerrerum Granatenſem Archiepiſcopum, qui in ſeſſ. 14. ſententiam a nobis dicit, itemque Melchiorem Canum adhibitum eidem ſeſſioni, qui apud Adverſarios audit *Primipilus* noſtrarum partium, cujus relectio de pœnitentia Compluti exiit Anno 1558. hoc eſt annis ſeptem poſt conditum decretum: inculcarem poſt ſeſſ. 14. communem doctrinam de Attritione vulgaſſe Salmeronem, Dominicum Sotum, Ruardum Tapperum, Tridentinos Theologos: Ambroſium vero Catharinum Tridentinum Patrem illo ipſo tempore, quo Tridenti decretum condebatur de Contritione, hoc eſt Anno 1551. ad Collegas Epiſcopos, Patreſque Tridentinos ſcripſiſſe aſſertiones illas, quarum ſeptima liquido agnoſcit vim Attritionis nullâ imbutæ amica dilectione, ut ſupra vidimus.

Verum quoniam id poſtulat Theſis quam defendimus, ſatis habeant Theologi Tridentino priores ſe alibi auditos eſſe: ſedeant vero, ſpectentque Patres, ac Theologi Tridentini, & ſuo ſilentio probent do-

ctrinam ætate ſua nuſquam non ſonantem.

Primum quidem, ut ſolent exeuntes portu, remis utamur, ſcriptores quoſdam auditos jam ſæpe, vel notos omnibus, appellaſſe ſit ſatis.

Scripſit Panopliam Lindanus Anno 1559. Scripſit opuſculum de Caritate Cunerus Petri ante annum 1578. Scripſit de Pœnitentia Bellarminus An. 1583. Anno eodem ſua edidit Ludovicus Lopez. Coronam ſuam vulgavit Bernardutcius An: 1593. Libros de Iuſtificatione Stapletonus ante Annum 1598 Summam ſuam Henriquez An. 1596. Circa eadem tempora Franciſcus Suarez illa typis mandavit, quibus publice docendis vitam pene omnem contriverat. Gabrielem vaſquez conſtat etiam annis 10. illi eſſe præmortuum. Vivebant Patres, vivebant Theologi Tridentini, cum hi viri communem de Attritione doctrinam diſcipulis publice traditam jam pridem, etiam ſcriptis libris propugnarunt: de pleriſque res eſt certiſſima; de ceteris comprobata pridem luculenter.

Libet etiam paulo diſtinctius meminiſſe quorumdam. Primum quidem ſit locus Sancto Cardinali, & Archiepiſcopo Carolo Borromæo, qui & manu propria ſubſcripſit Confirmationi Concilii Tridentini, ſua [illegible] opera feliciter concluſi, & pluſimum uſus eſt eorum conſiliis qui Tridenti inter Patres Theologosve eminuerant: cujus rei extat teſtis hiſtoria de rebus ab illo geſtis: tandem etiam poſtquam Diœceſim ſuam Provincialibus Synodis ad normam decretorum Concilii Tridentini formaſſet, ut teſtatur ipſe, digeſſit Sacramentale Ambroſianum, in quo de Sacramento Pœnitentiæ, titulo *Quæ in miniſtratione Sacramenti Parochus & Confeſſarius obſervet*, ſic præſcribit: *[illegible] abſolutionem, valebit [illegible] propter Deum [illegible] peccatorum ſuorum contritionem habe[illegible] ſi vero talem contritionem [illegible] non habere intellexerit; illum [illegible] ſervabitur, [illegible] propter Deum [illegible] ſuum, [illegible] peccata dolere oportere, ut [illegible] vine gratia, [illegible] ex Sacramenti [illegible] tritus fiat.*

Quod ſi [illegible] nullam [illegible] [illegible] poſitum [illegible] [illegible] ſeſſ[illegible] abſolvet.

Hæc conſideranti [illegible] obſcura Sanctiſſimo [illegible] [illegible] les pœnitens propter Deum, [illegible] Attritionem eſſe eam, qua [illegible] abſolute propter Deum [illegible] nitentiam, quam animadvert[illegible] dos non habere [illegible] ſeu non dolere abſolute propter [illegible] ſed tantum eſſe Attritum, [illegible] à Sacerdote accendi deſiderio contritionis ſeu doloris propter Deum [illegible] Attrito

trito fiat contritus, *Saltem virtute Sacramenti*, hoc eſt, ut juſtificetur.

Poſt omnia Sacerdoti hoc unum præſcribit ne eum abſolvat qui nullam Contritionem, nec vero ſaltem Attritionem oſtendit &c. Permittit ergo abſolvi ſi ſaltem Attritionem oſtendat, hoc eſt, ut patuit modo, dolorem qui non eſt *propter Deum* ſeu ex amore Dei benevolo.

5. Cœtulo ſuffragetur Ingolſtadienſis Theologiæ Doctor Georgius Gutnardus, cujus eſt apud nos Tractatus de Confeſſione perquam eruditus, dilucidus, concinnus: atque ut intelligas, floruiſſe ſcriptorem viventibus Patribus, ac Theologis Tridentinis, ipſo libri titulo ſe nuncupat *Pii V. & Gregorii XIII. Alumnum.* Librum dedicavit An. 1578. jam veteranus Doctor, ut conſtat ex iis, quæ adverſus Lutherum ſe teſtatur ante ſcripſiſſe. Porro quæſt. de circumſtantiis Confeſſionis ſic prorſus diſputat in communem ſententiam de Attritione, ut neque planius, neque nervoſius poſſet, ſi noſtra ætate ſcriberet: varium ſpecimen exhibeo ut quodque primum offert ſe.

Primum inquit *argumentum ſuppeditat nobis Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 4. ubi Primo dicit illam contritionem quæ dicitur Attritio eſſe donum Spiritus ſancti .... Tertio declarat hanc attritionem ſolam quidem [illegible] non ſufficere, attamen* (acceſſione) *tamen Sacramenti eſſe ſufficientem.* Animadvertat Lector Attritionem illam quam Trid. ſeſſ. 14. cap. 4. dicit eſſe *donum Spiritus S.* eam ipſam eſſe de qua diſputatur an ſine alio actu acceſſione Sacramenti ſit ſufficiens.

De eadem Attritione mox affirmat, Dominicum Sotum aſſerentem non ſufficere attritionem cognitam, *videri apertiſſime repugnare Concilio Trid. ſeſſ. 14. c. 4. ubi dicitur attritionem cum Sacramento* SUFFICIENTER DISPONERE.

Sed vero loquatur etiam planius germaniuſque Doctor Germanus. *Notandum eſt* inquit *tamen eſſe Attritionem, quæ [illegible] ratione objecti poſſumus enim dolere de peccato, & illud fugere ob turpitudinem illius, & metum ſuppliciorum ſempiternorum* (ſempiternorum) *& hæc Attritio in tantum abeſt, ut ſit peccatum, ... ut ſit donum Spiritus S. & cum Sacramento ad ſalutem ſufficiens.*

Poſt pauca hanc ponit concluſionem: *Contritio [illegible], ſive habeatur Contritio formata, ſufficit ad aſſequendam gratiam cum Sacramento, dummodo habeat [illegible] conditiones.* Oſcitantia Typographi omiſſum eſt *ſive non [illegible]*: mox enim Author, *dixi*, inquit, *ſive cognoſcatur & habeatur contritio ſive non, ad refutandam ſententiam Soti.* Mox rurſus: *conditiones autem hæ ſunt: primo talis dolor debet proficiſci à turpitudine peccati vel à metu [illegible] ſempiternæ. Secundo debet eſſe in [illegible] a Deo. Tertio debet habere ſpem veniæ, & deſiderium perfectæ contritionis:* Hoc deſiderio eſſe opus

nemo

nemo recte negarit: cum ſit opus propoſito ſervandi mandata, in quibus primum illud eſt de amando Deo ſuper omnia &c.

Audiatur Salmanticenſis Doctor Paulus de Galacio qui Anno 1564. ſuas in Matth. enarrationes dedicavit Sereniſſimo Principi ac Cardinali Henrico Regis Emanuelis Filio: Enarratione in cap. 16. ſic fatur: *Certiſſima ſententia eſt Petrum abſolvere eum qui [illegible] peccatorum ligamine venit, modo dolorem quendam adducat, quem Theologi dicunt Attritionem, & ſique hac re jam* [illegible] *enim definita à Concilio* [illegible] *cum quo* [illegible] *de peccato, vel propter peccati turpitudinem, vel propter gehennæ metum, vel propter pœnarum* [illegible] *ſi voluntatem peccandi excludat, & à Sacerdote abſolvatur, abſolutum coram Deo eſſe.* Videſne quid tempore illo Salmanticæ ſonuerint verba illa Concilii, quibus Attritio concepta ex metu dicitur *diſponere ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam?* Idem proclamat *abſolutum coram Deo eſſe.*

Non aliter Concilium intellexit Ludovicus Granatenſis ex illuſtriſſ. ordine S. Dominici; ortus eſſe dicitur Anno 1504. obiiſſe 1588. ut intelligas floruiſſe vivis Patribus Tridentinis, quod & Epitaphium indicat ejus tumulo inſcriptum. *Frater Ludovicus Granatenſis* [illegible] *miracula, Gregorio XIII.* [illegible], [illegible] *à Deo impetraſſet.* Hic vir tom. 2. Concionũ de tempore Conc. 2. de Pœnitentia part. 2. puncto 3. ſic olim pronuntiavit: *ſunt quidam qui magis ſuppliciorum metu commoventur, quam Dei amore afficiantur: num igitur hos à peccatis, & conſequendæ veniæ excludemus? nequaquam: horum enim ſolatio Tridentina ſynodus providiſſe videtur quæ ſic ait: illam vero contritionem imperfectam, quæ Attritio dicitur quoniam vel ex turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennæ & pœnarum metu:* recitat cetera illius capit. fere omnia. *Ex quibus* inquit *verum Sacramenti Confeſſionis* [illegible] *quæ ex Attrito contritum hominem facit:* de quo hoc Attrito affirmat? de Attrito ea Attritione, *quæ ex turpitudinis peccati conſideratione vel ex gehennæ & pœnarum metu communiter concipitur,* Attritionem hanc verbis Concilii deſcripſerat.

Incautus ego, animadverſione digniſſimam rem pene præterieram [illegible], quam [illegible] illo tempore quo vivebant Patres, ac Theol. Tridentini, ſcriptoribus fuerit noſtra de vi Attritionis doctrina: Ludovicus ipſe Granatenſis ad Concionis [illegible], vixdum ſatis publicato decreto, non dubitat eam [illegible] *re* [illegible] ex verbis Concilii [illegible] quod paulo ante dixerat [illegible] dum providiſſe eorum ſolatio qui ſolum ſunt attriti, ſic [illegible] eſt, ut [illegible], ſed in [illegible] affectu [illegible].

At vero Paulus de Palacio quam non dubitans loquitur. *Certiſſima ſen-*

tentia eſt ſuper hac re jam opinari non licet: eſt enim definita à Concilio Tridentino. An. 1564. *Certiſſima erat ſententia?* Opinari non licebat? & nos ſæculo toto, & quod excurrit annorum, continuo fidelium uſu, univerſali doctorum judicio corroboratâ ſententiâ, non dico opinamur, ſed altercamur, dubitamus, inficiamur? Nihil addam: cauſam ipſam videt Lector.

Nihilo magis dubitantem invenio laudatum ſupra Georgium Gothardum: qui cum perfectam contritionem haud aliam agnoſcat, niſi qua *in amorem Dei rapitur* homo, *& deteſtatur peccatum ſupra omne odibile*, quod omne convenit etiam illi Attritioni quam ſolam in Sacramento volunt eſſe efficacem noſtri Adverſarii, Adrianum & Joannem Majorem confutans, quos cenſet neceſſariam ſacramento exiſtimaſſe contritionem perfectam; *ſententia* inquit *Adriani & Joannis Majoris eſt à communi fidelium ſenſu & opinione omnino aliena.* Hæc ille An. 1578. ſi non annis ante multis.

Non dubitavit Anno 1575. Vincentius Juſtinianus ex Ordine S. Dominici in Academia Valentina, teſte Navarro, S. Theologiæ gymnaſtes egregius. fatetur Navarrus in Summa tunc recuſa, reprehenſum ab illo ſe eſſe, vel hoc nomine, quod docuiſſet non ſufficere in Sacramento Attritionem cognitam: contendente Juſtiniano ex decreto Concilii Trid. ſeſs. 14. cap. 4. eam ipſam ſufficere quæ eſſet expers amoris, ut intelligitur ex reſponſionibus Navarri.

An dubitaſſe videbitur Bellarminus anno 1583.? lib. 2. de pœnit. cap. 18. ita perſpicuam reputavit ex Trid. ſeſſ. 14. cap. 4. Communem de Attritione doctrinam, ut ne contra Lutherum quidem, qui contra aliquando ſenſerat, eam exiſtimarit probandam, hac ſolum cauſâ, *quod ejus diſcipuli qui Contritionem in terroribus conſtituunt, & ſoli fidei ex verbo abſolutionis conceptæ juſtificationem adſcribunt, nullo modo negare poſſunt, quin Attritio & ſola non ſufficiat, & cum Sacramento ſufficiat, ut in Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 4. declaratum eſt.* Loquitur vero de Attritione *qua ita peccator Deum punientem timet, ut ſolius pœnæ fugiendæ cauſa à peccatis perpetrandis caveat, & de perpetratis doleat.* Exiſtimandum relinquo quæ tempore Bellarmini de hac re lis fuerit inter Catholicos: notavit ille ut rem in Luthero ſingularem, qui contra ſenſerat: refellere paratus ut cætera Lutheri errata, niſi jam ejus diſcipuli alia delirarent.

Dubitare deſiit anno eodem Lud. Lopez; ad partes noſtras, cum ante fuiſſet alienior, ſe transferens, *præcedente* ut ait, *Lumine Concilii Tridentini.*

Quid vero Henricus Henriquez anno ſcribens 1596. cum jam Theologiam doceret anno trigeſimo? lib. 1. de Pœnit. Sac. cap. 26. pro communi hodie ſententia citato Trid. ſeſſ. 14. cap. 4. ſcriptoribuſque permultis tandem ſic adnotavit: *quod in publicis actibus Salmant: Penna &*

 poſtea

poſtea Galle, Sancius & alii doctiſſimi reputarunt ita certum, ut ſine temeritate vel errore negari non poſſit. en vero ut neque à cenſura temperarint: quid hodie illi facerent tot annorum ſenſu uſuque confirmatâ doctrinâ, niſi *ſanctitas ſua enixe cupiens pacis vinculum inter fideles ſervari*, id vetuiſſet *donec &c.* Atq; hæc illi tunc audebant freti decreto ſeſſ. 14. cap. 4. & quidem viventibus Patribus ac Theol. decreti ipſius authoribus: certe permagno eorum numero haud pridem ſublato è vivis, ut conſtat ex Dictis §. præc.

Accrevit non modicè torrens Theologorum vivis Patribus, ac Theologis Tridentinis, ea docentium de attritione, quæ hodie docemus, nec ſecùs utentium authoritate decreti Tridentini, ac hodie utimur. Spectemus etiam torrentem illum alvei omnis impatientem: quid enim ſingulos memoramus, cùm liceat idoneis teſtimoniis exhibere turmas doctorum, ac pæne univerſitatem? Quamquam jam ex parte res confecta eſt: Cui eſſe poteſt obſcurum doctrinam fuiſſe communiſſimam ac plurimorum eo tempore, quo illam proponebant Theologi, ut *apertè collectam* ex verbis Tridentini, ut *certiſſimam ſententiam*; quippe de re, *ſuper qua jam opinari non liceret*; quod *eſſet definita à Concilio Tridentino*. Audiamus tamen etiam diſertiores hujus rei teſtes, alterum adverſarium ſaltem ex parte, alterum amicum.

Anno 1588. quo ſane vivebant Patres ac Theologi Tridentini, Candelabrum ſuum edidit Vivaldus, in quo timide præfatus, judicium eſſe difficile, & *ſub S. Eccleſiæ correctione judicioque meliori*, non quidem diſcedit, ſed aliquantum declinat à Communi ſententia, *pro qua*, inquit, TOT TAM GRAVESQVE *ſunt authores.* Conatus vero firmare opinionem ſuam authoritate ſeſſ. 6, cap. 6. tandem ſic fatetur ingenue, *unde prædictum cap. 6, patet illam intelligi [illegible] ad cap. 4 ſeſſ.* 14. LICET NVLLVS SIC EXPLICET: ecce autem an. 1588. nullus ſic explicabat. Memorat ibid. *quandam lecturam & ſcripta doctoris* Henrici Salmantini, qui dicat per Concilium Trid. ſeſſ. 14. c. 4. *hanc opinionem tanquam veram in Academiis Italiæ & Hiſpaniæ practicari, ſeque Magiſtros ſalmantinos eam tenuiſſe.* Videmusne ut exundarit torrens ille, quem perſequimur? ſinne illa Vivaldi trepidatio, ut qui mollitur tam difficilem, quam vero illam? neceſſitatem amoris cujuſdam *virtualis, non ita efficacis & ſuper omnia*: quanto hodie audentius adverſarii noſtri neceſſitatem prædicant amoris actu ipſo concepti, & efficacis, & *ſuper omnia*? etſi hoc quidam paulo tectius, ac verecundius.

Anno 1605. Petrus de Ledeſma poſtquam annis prope triginta Theologiam docuiſſet, quibus ſane vivebant Patres ac Theologi Tridentini, Tract. de Sacra pœnit. cap. 7. hanc poſuit concluſionem, [illegible]

[illegible]

modi attritionis ſupernaturalis (ſecundus & tertius: ſecundus autem diſertiſſime noſter eſt) *ſufficientes ſunt ut cum illis, & quilibet illorum, Sacramentum hoc effectum ſuum producat*: poſt pauca ſic obſervat: *hanc concluſionem docent* OMNES THEOLOGI MODERNI ET MAXIME THOMISTÆ: *& ſane quod ad ſecundum Attritionis modum attinet* (noſter ille eſt) *illud expreſſe definit Concilium Tridentinum:, ubi ſupra* ſupra nominaverat ſeſſ. 14. cap. 4. Quid? ita jam tum docebant OMNES THEOLOGI *moderni & maxime Thomiſtæ*? Quid ergo magnum dixi in Theſi cum dixi, *denique*, & noſtra ſaltem ætate *accrevisse ita torrentem illum ut Theologos ac doctores involverit prope omnes*? Atque hæc Ledeſma anno quidem ſcribens 1605. ſed triginta annorum doctor & modernos vocans, ut oportuit, qui ſuâ ætate docuerant qua ſane vivebant Patres & Theologi Tridentini: horum auribus, oculiſque hæc docebant OMNES THEOLOGI *moderni & maxime Thomiſtæ*. Hic vale dicere liceat Patribus ac Theologis Tridentinis: partes ſuas illi egerunt præclare.

Contemplemur vero citeriora nobis tempora, jam compoſitis Patribus ac Theolog. Tridentinis. Morinus quidem, cui multum tribuunt Adverſarii lib. 8 de pœnit c. 4 de noſtra ſententia ſic narrat: *præ cæteris hanc opinionem celebrem plurimiſq. εὐπαραδέκτον reddiderunt duo Theologiæ ſcholaſticæ clariſſima, & famoſiſſima lumina Franciſcus Suarez & Gabriel Vaſquez quos innumeri nunc ſequuntur Theologi*. Narrationem eatenus ſuſcipio, quatenus affirmat innumeros eadem docere, quæ illi docuerant: at illorum denique authoritate factum eſſe ut illa opinio eſſet εὐπαράδεκτος in eo erravit Morinus perquam graviter, convinciturque manifeſtò ex iis, quæ differentes modò inducebamus, Bellarminum, Henricum Henriques, Petrum de Ledeſma; tum vero ex illa omni retro authoritate ſcriptorum quam exhibui.

Audiatur potius cui tribuent Adverſarii præ Morino haud paulo plus, celeberrimus ex Graviſſimo Ordine Eremit. S. Auguſtini Doctor Joannes Puteanus, qui ante an. 1623 quo obiit, Theologiam Toloſæ publicè docuit annis 30. Hic vero in Commentariis, qui poſthumi prodierunt p. 1. in ſupplem. dub. 1. de Attritione illâ ipsâ, cujus vim tuemur, ſic pronuntiat: *concors eſt* OMNIUM SENTENTIA *Attritionem cum ſacramento ſufficere ad juſtificationem impii*: Ecce autem verſatiſſimus tot annis in omni Theologia Puteanus ante annos circiter 40. nec ſuſpicatus eſt, ullum vivere Theol., cui eſſet dubia ſententia noſtra; *Concors*, inquit, OMNIUM SENTENTIA *Attritionem ſufficere*, illam inquam, hodie controverſam, ut eſt manifeſtum ex Attritionis definitione, quam dederat. An non fui verus, cum dixi torrentem illum, de quo hactenus, involviſſe denique Theologos

Authoritatem communis doctrinæ, adverſum inducat rivum quemdam Theologorum, viventibus Patribus ac Theologis Tridentinis, contraria nobis ſentientium: qui rivus, ſi aliquid nominis haberet ſeorſum fluens ne nominandus eſſet quidem in magnum flumen præcipitans, nomenque, & colorem, & ſaporem perdens. Id ipſum tamen quâ diligentiâ & accuratione præſtiterit, inſpiciamus.

Primo loco viros omnino quatuor producit Petrum è Soto, Franc. Richardotum, Franc: Sonnium, Fredericum Nauſeam, qui & *Tridentino interfuerint & poſt illud ſcripſerint* ut affirmat Theſi 7. Quid verò docuerunt illi viri quatuor? *cum Sacramento*, inquit, *requiſiverunt contritionem perfectam*: bene habent hæc principia: excutiamus vero ſingulos.

Petrus à Soto, inquit, *juſſu, & Authoritate Othonis Cardinalis, & Epiſcopi Auguſtani, novem annis poſt conditum decretum, ſcripſit eruditam inſtructionem Sacerdotum, in qua, lectione 8. diſertiſſime cum Sacramento requirit contritionem &c.*

Verum ut conſtat ex epiſtola Othonis ipſi libro præfixa, inſtructionem illam Petrus à Soto primùm quidem diſcipulis dictavit in ſcholâ, exceptamque ab his Otho Cardinalis, curavit edi in lucem Anno 1558. ipſe verò Author Tridenti mortuus eſt nondum ſoluto Concilio. Quarè primò non eſt verum quod novem annis poſt conditum decretum ſcripſerit inſtructionem Sotus: expectabo deinde ut oſtendatur, poſt conditum decretum dictatam fuiſſe diſcipulis inſtructionem.

Franciſcus Richardotus, inquit, *redux ex Tridentino, 4. annis poſt abſolutum Concilium, ſcripſit gallicam inſtructionẽ pro ſuis Paſtoribus, in qua ad Sacramentalem pœnitentiam requirit veram & perfectam Contritionem.*

Verum Richardotus ad Concilium venit ſub Pio IV. & quidem An. 1563. ut conſtat ex Hiſtoria Pallavicini, adeoque annis 10. & amplius, poſt conditum decretum. Illa verò Paſtorum inſtitutio vulgata eſt An. 1562. ſi credimus Bibliothecæ Belgicæ. Unde ſequitur primò, nullam iſti inſtitutioni vindicari authoritatem ex eo quod condendo decreto interfuerit Richardotus; non enim interfuit. Sequitur ſecundò non primùm reducem ex Concilio ſcripſiſſe inſtitutionem Richardotum: quam ſcilicet edidit Anno 1562. hoc eſt, anno prius quàm ad Concilium veniret. Imò probabiliſſimum eſt excuſam fuiſſe inſtitutionem illam ante annum 1562. extat enim in Bibliotheca noſtra Bruxellenſi, ut mihi ajunt, qui inde nuper venerunt, Flandrico Idiomate excuſa Antverpiæ Anno 1562. Atqui non videtur dubitandum quin Gallicè prius, aut Latinè, quam Flandricè excuſa ſit; quippe pro Paſtoribus Atrebatenſibus, quorum Epiſcopus erat Richardotus.

Denique perlegenti inſtitutionem illam minimè erit obſcurum, eam ibi ſolam improbari attritionem ex metu, quæ

tu, quæ habet adjunctam voluntatem peccandi: extolli contritionem perfectam, quæ & pars Sacramenti dicitur. Nihil horum nobis adverſatur.

Franciſcus Sonnius ut cenſet Author Vind: in Appendi. ad Quæſt. Quodlib. ad Concilium miſſus eſt à Philippo II. unà cum Martino Rythovio, & Judoco Raveſtein: videtur id accepiſſe ex elogio Sonnii in Faſtis Lovan. ex quibus ſi id rectè acceperit, oportet Sonnium miſſum eſſe ad Concilium An. 1557. ut patebit inſpicienti Elogium. At neque anno iſto, neque annis quatuor ante, aut poſt annum iſtum, ullum Tridenti celebratum eſt Concilium.

Imo eſt qui ſic apud me contendit, Sonnium in Concilio non fuiſſe non enim ad Concilium miſſus eſt à Carolo V. cum & Valerius Andreas & paſſim cæteri, ipſeque adeo Vindiciarum Author in Ap. ad Quæſt. Quod. teſtentur miſſum eſſe à Philippo II. & quidem Belgarum Principe, ut exprimit Valerius: atqui Belgarum Princeps creatus eſt Philipp. an. 1555. teſte Spondano, & Fam. Strada quo anno nullum erat Tridenti Concil: neque porro fuit uſque ad ann. 1562. quo illud ſuſcitavit Pius IV. Oportuiſſet ergo Sonnium à Philippo mitti ad concilium an. 1562. vel certe proxime ſequenti, quo Concilium eſt finitum. Atqui non eſt tunc miſſus à Philippo: Sonnius enim, ut Spondanus narrat, creatus eſt Epiſcopus Silvæducenſis an. 1561. adeoque & Epiſcopus erat an. 1562. Atqui Epiſcopos ad Concilium non miſit Philippus: ſed neque in Catalogis Tridentinis inter Epiſcopos extat nomen Sonnii, extat verò Martini Rythovii Iprenſis, Antonii Havetii Namurcenſis, qui ſub Pio IV. interfuerunt Concilio: liquet ergo quod intendebatur. Sic ille hactenus.

At neque illa Sonnii, quæ aliàs protulit Adverſarius, oſtendunt Sonnium eraſſe ita, ut putarit neceſſariam in Sacramento contritionem perfectam: in tractatu de Sacramento Pœnit. nuſquam negat Attritionem ſufficere in Sacramento. Lib. demonſt. tract. 9. c. 6. adverſus hæreticos ſoli fidei tribuentes juſtificationem, adſtruit neceſſitatem dilectionis, cujus ſcilicet munus ſit ita juſtificare, quomodo illi volebant ſolam fidem; hoc eſt ſine Sacramenti virtute, adeoque extra Sacramentum: hoc paſſim cæteri ſolent, dogma iſtud hæreticum infectantes. Quin etiam de Sacramento promittit ibi Sonnius alibi ſe acturum. Quare quod ibidem dicit, ne dilectione quidem fieri remiſſionem peccati, *ni accedat Sacramentum, vel Sacramentum non excludat illa* [illegible], manifeſtum eſt, hoc ſolum innuere, dilectionem eſſe inefficacem, ſi, cum poteſt, renuat Sacramentum ſuſcipere qui peccavit.

Fredericus Nauſea, inquit adverſarius *Tridentino interfuit*, *& poſt illud ſcripſit Catechiſmum, quo doctrina Patri, à*

Sua

Sunt continebatur : & tamen Nauſea interfuerat Tridentino tempore reformationis decreti.

Verum 1. Fredericus Nauſea, ſi fides Spondano, obiit an, 1552. hoc eſt prius annis undecim, quam abſolveretur Concilium : ergo non ſcripſit poſt Concilium Tridentinum. Conſequentia videtur valde clara.

2. Conditum eſt decretum an. 1551. Catechiſmus Nauſeæ extat apud nos, editus in lucem an. 1543. ergo ne quidem poſt conditum decretum ſcripſit Catechiſmum Nauſea.

3. Inſtructio Sacerdotum Petri à Soto primum exiit an. 1558, vel ut vult adverſarius an. 1560. Catechiſmus Nauſeæ an. 1543. Ergo doctrinam non miniſtravit Nauſeæ Petrus à Soto, quod ſubindicat ille.

Hæc ubi videmus in iſto Quatuorviratu tam male ſibi hærentia, pretiumne operæ faciam, ſi accuratius perquiram, quid illorum quiſque ſenſerit re ipſa? aio neque Nauſeam, neque Sonnium, neque Richardo tum id omnino docuiſſe, quod vult adverſarius, ac ne Petrum à Soto quidem, ſi ſermo eſt de Sacramenti ipſius perfectione ſeu valore. Nauſea verò contritionem, quam requirit, ſic definit lib. 3 c. 47. *Dolor voluntatè aſſumptus pro peccatis, cum propoſito, & intentione ea confitendi, & pro ipſis ſatisfaciendi, atque illa iterum non admittendi.* ubi mentio caritatis? cap. 49. aperit ſex fontes unde petenda ſit contritio: 1. memoriam peccatorum: 2. pudorem ex turpitudine peccati: 3. vilitatem peccati : 4. diem judicii &c. 5. jacturam bonorum, *& quem & quantum offenderis* : ubi fere exaggeret vitium ingrati animi: 6. ſpem triplicem. : nusquam diſerte exprimitur dilectio.

Attamen demus adverſario id quod cupit, illos omnes *cum Sacramento requiri ſanè contritionem perfectam*, in hoc ne ipſe quidem eos probat. Sed enim, *Rogero* inquit, *irrefragabile telum: tempore Trid. Synodi* [illegible]*: vivebant Patres, vivebant Theologi, qui decretum reformaverant, decretum reformatum qui viderunt?* Sic ille collimat ſe vim argumenti mei aſſecuturum; ſed errat graviter: ſic argumentatus ſum, vivebant Patres, vivebant Theologi Tridentini, animadvertebant, videbantque ſerpere doctrinam illam *authoritate Concilii munitam* per Academias Europæ omnes longe lateque: quis illorum teſtatus eſt, *falsâ Concilii authoritate muniri doctrinam eam*? hoc vero aio incredibile eſſe, viventibus decreti Authoribus, ita ſerpſiſſe doctrinam, *ipſa decreti authoritate munitam*, ut tandem Academias occuparit omnes Doctoreſq;, ac Theolog. aſſ[illegible] tam univerſaliter, ut oſtendi : ſimulque illi decreti Authores, conſcii ſibi non iſtud eſſe quod definitum voluerant, tacuerint, paſſi ſint, tolerarint, & non ſaltem Theologi paulò inferiores ætate, qui illorum ſenſum callere

callere poterant, contrà intenderint authoritatem ipſorum, cum à novis Theologis, ut vidimus, jactaretur, doctrina illa *in Concilio ſeſſ. 14. c. 4. declarata certiſſima ſententia, ſuper qua opinari jam non liceret: ſine temeritate vel errore negari non poſſe: Expreſſe definita à Trid. Concors omnium ſententia &c.* Hæc illa ſunt quæ exaggerabat Theſis noſtra, neque id ſupra, ſed intra modum potius, ut ex dictis §. ſuperiori intelligitur: his mihi paria pro ſe oſtendant, vel aſſerere ſaltem audeant adverſarii, ut jure adhibere videantur iſtud meum: vivebant Patres, vivebant Theologi &c.

§. 5.

Cujuſmodi Suppetias ſententiæ ſuæ convocet Author Vindiciarum.

PArum fidens viris quatuor, neque omnino ſuis, ut fatetur, neque illâ quam prædicabat, authoritate præditis, ut oſtenſum eſt; certus tamen conflare quidpiam aciei ſimile, imò, ſi placet, *aciem vel ipſis formidoloſæ attritionis vindicibus formidoloſam*, & quidem ex Tridentinis Patribus, & Theologis, facit, quod aſſolet tempore duio, ſuppetias implorat undique, militiæ adſcribit etiam invitos.

Primum quidem nobis adverſos ſtare jubet Dom. Sotum, Cordubam, Alphonſum Vegam (Andream debuit dicere) nobilitatos in Concilio Theologos. Quid ita, illi adverſantur nobis? docuerunt, teſte Tannero, exiſtimatâ contritione opus eſſe: quid tum poſtea? an id quod eſt totius controverſiæ caput, & arx ſumma cauſæ, Attritionem expertem amoris amicitiæ negarunt illi vim habere in ſacramento? Detrahendus hoc loco eſt error animis indoctorum, ſi qui exiſtimant, ita genus hoc Authorum judicaſſe neceſſariam exiſtimationem Contritionis perfectæ, ut ſine illa putarint, non poſſe omnino exiſtere juſtificationem ope Attritionis: imò vide, quam ſint nobiſcum illi conſentientes: negant juſtificari in ſacramento eum, qui cum habeat perſuaſum obligari ſe, ut enitatur ad contritionem, donec ſibi videatur eam attigiſſe, audeat ſacramentum ſuſcipere, ſciens ſe non niſi attritum eſſe; de hac re neque nobis eſt dubium: peccat enim ſacramentum ſic ſuſcipiens. Affirmant illi eum juſtificari ſolâ attritione in Sacramento, qui exiſtimat ſe contritum eſſe, etſi re ipsâ non ſit: affirmamus & nos. Non dubitant illi, ſi forte paucos excipias, quin juſtificetur in ſacramento, qui attritus eſt ſolùm, & non ignorat ſe ſolum eſſe attritum, ſed bona fide agit, vel ignorans obligari ſe, vel exiſtimans non obligari, ut altius aſſurgat: idem vero neque nos dubitamus.

mus. Porrò hoc tribuere Authores illos attritioni, ſi adſit bona fides ſuſcipientis Sacramentum, poſſum ex ipſorum ſcriptis, atque imprimis Navarri, Coronæ, Cordubæ &c. oſtendere luculenter.

Poſt hæc ergo quid iſtud eſt, in quo à cæteris diſſentiunt Authores illi? unum hoc: cenſent mandato ſpeciali obligari pœnitentem, ut ſaltem conetur aſſurgere ad Contritionem, tum verò juſtificandum, etſi re ipſa eam non attingat; alii contra negant illi quidem extare ejuſmodi mandatum, ſed & ipſi ſummis laudibus extollunt præclarum conatum, ad hunc pœnitentes hortantur omnibus viribus, publicè, privatim, ſcriptis libris quibus abundant bibliothecæ: inculcant, inſtrepunt omnium auribus, atque animis, nihil poſſe hominem in omni vitâ moliri ſublimius, ac divinius Caritate; in hàc unâ conſumi omnem hominis facultatem ac ſpiritum par eſſe, ac oportere. Hortantur & inculcant autem? geſtit mihi, fateor, hoc loco ſtylus excurrere longius, & exarare quiddam acutius; ſed moderari & jubeor, & volo; etſi difficile eſt: quam poſſem præclarè retundere iſtud, quod mihi ajunt, & jactatum è ſublimi loco, & uſurpatum in circulis, *hoſtes Caritatis*! monſtroſum genus calumniæ diluendum relinquatur rebus ipſis, quibus comprobanda eſt Caritas; imò immanis accuſatio, & humano tribunali major cauſa, tranſcribatur judicanda ſupremo ac *juſto judici cordium.*

Nos minora perſequentes concludamus ex dictis, genus illud ſcriptorum faventium neceſſitati Contritionis exiſtimatæ, diſſidere à pleriſque, diſſidio prorſus extraneo controverſiæ hodiernæ, actum voluntatis haud alium requirens, ac cæteri requirunt; imò ad uſum ipſum, ſeu praxim, modicum, aut nihil momenti adferre diſſidium; ſeu ſacerdotem ſpectes abſolventem, ſeu pœnitentem: illi pœnitentibus inſtant mandato, ut aſſurgere conentur ad Contritionem perfectam: alii ſuadendo hortandoque ſtimulant eòdem nihilo ſegnius. Jam verò is qui peccavit, vel exiſtimat ſibi enitendum eſſe ad Contritionem, vel exiſtimat non eſſe, aut id ignorat: ſi prius, neque enititur tamen; conſentiunt omnes non abſolvi: ſi poſterius, conſentiunt abſolvi; ſi modo attritus ſit. Nihil ergo magnopere ad uſum ipſum illa diſſenſio.

Hactenus Author Vindiciarum ex Tridentinis Patribus, & Theologis ſeptem omnino produxit: quatuor quidem, qui contritionem perfectam videbantur aſſeruiſſe neceſſariam in ſacramento; tres vero qui requiſiviſſe ſaltem Contritionem exiſtimatam: quare ut exſurgeret tandem *ex ſcriptoribus qui Tridentino interfuerunt non exiguus numerus, ſed acies vel ipſis formidoloſæ Attritionis vindicibus formidoloſa*, viſum eſt allegere Judoc: Raveſteyn,

 Corn.

Corn. Janſenium, Joan, Heſſelium, JacobumPayvan, MartinumRythovium, Ruardum Tapperum, *qui attritionis formidoloſæ ſufficientiam negaverint.* Hæc eſt illa acies, quam prædicat formidoloſam : ſingulos videamus.

Primum quidem Judoco Raveſteyn injuriam fieri, dum nobis adverſus ſtare cogitur, oſtenſum eſt pridem lib. contra Quæſt. Quodlib. Unum affirmavit Raveſteinus in Apologia pro Concilio Trid. *ſcripturas generales, quæ promittunt omni credenti ſalutem*, accipiendas eſſe de fide, quæ parit contritionem perfectam : quis hoc neget? cum certum ſit Attritionem non parere ſalutem *generaliter*, ſed ſolum in ſacramento. At nihil ibi de ſacramento author ille : ubi verò de ſacramento loquitur, modoque juſtificationis per ſacramentum, ut pag. 277. nihil de dilectione commeminit. Alibi dilectionem Dei, obſervantiam mandatorum, vel propoſitum obſervandi mandata, non obſcure interpretatur ; quod familiare eſt illis Authoribus, qui adverſus Kemnitium, & ſimiles peſtes vacuâ operibus fide, ac fiduciâ glorianteſ, decertarunt ; itidemque uſuvenit Jacobo Payvæ adverſus Kemnitium, Andreæ Vega adverſus Melanthonem dimicanti, aliiſque hujus claſſis ſcriptoribus.

Cornelius Janſenius (gandavenſis Epiſcopus) ad Concilium venit annis multis à condito decreto ſeſſ. 14. ut conſtat ex Hiſtor. Pallavicini : idem ille vim ac ſufficientiam Attritionis formidoloſæ nequaquam negavit, ut demonſtratum eſt jam pridem à R. P. Max. Le Dent.

Joannes Heſſelius & ipſe ad Concilium venit unà cum Janſenio, jam pridem condito Decreto, ut conſtat ex hiſtoriâ Pallavicini : ſed ubi eam vim Attritioni negavit Heſſelius? in iis manu ſcriptis, quæ diſcipulis dictavit, ſi credimus authori Quæſt. Quodlib. Nos dictata non legimus. Hoc mihi conſtat Heſſelium timori vim adſcribere excludendi voluntatem peccandi : legatur ejus Confutatio fidei ſpecialis. Quid plura? mirum mihi accidit Joannem Heſſelium, ut Authorem idoneum, in hàc controverſiâ produci ab iis, qui tam altum ſilent de Michaele Bayo, illo Caritatis (neceſſitatis amandæ volui dicere) tam ſtrenuo ac infauſtè ominato vindice, qui & ipſe Concilio cum Heſſelio interfuit. Eſtne obſcurum quid cum Bayo contraxerit Heſſelius? legatur hiſtoria Emin. Pallavicini lib. 15. cap. 7. ubi eadem ambo causâ implicati, quæ malorum ſemina jecerint, quas contentiones ſuſcitarint, quas curas metuſque objecerint Patribus Tridentinis, ſummoque Pontifici, graphicè exponit Hiſtoricus. Invenies ibidem de ambobus Ruardi Tapperi triſtæ augurium, quod non deſcribam, ne ingemiſcere lector cogatur. Etiam hiſtoriæ Trid. cap. 7. l. 21. legatur:

legatur: tandem nimirum poſt aliquot annorum graves deliberationes agente Granvellano, miſſi ambo ſunt ad Concilium à Gubernatrice, *ut illâ abſentiâ à Belgio, ubi fervebat contentio, ſimulque communicatione cum doctis, gravibuſque in Synodo hominibus, deferveſceret animi, traherenturque ad communes ſenſus,* Hæc ad authoritatem Heſſelii occurrebant in hiſt. Trid. Fecit prædmatura viri mors anno 1566, ut conſtitutionem Pii V. & Gregorii XIII non viderit, neque interfuerit rebus Lovanii geſtis 12 Kal. Aprilis, horâ ante meridiem decimâ Anno 1580. quibus factum eſt, ut alterius nomen Doctoris cum Heſſelio conſentientis, apud poſteros eſſet celebrius.

Jacob. Payva ad Concilium venit non niſi ſub Pio IV. ut intelligo ex Hiſt. Pallavicini, adeoque annis ut minimum decem poſt conditum decretum: ſed neque Payvæ ſcriptis adverſus Kemnitium quidquam invenio expreſſum, quod Attritionis formidoloſę ſufficientiam negarit. Quid autem intelligat nomine Caritatis explicat minimè obſcurè lib. 5. *quis dubitare audeat, illum toto corde, et omni mente Deum diligere, qui nullo ſe nefario ſcelere contaminat? nam cum Chriſtus ab illis ſe maximè diligi teſtatur, qui reliqua omnia legis ſcita religioſe conſervant, ſatis profectò indicat, magnum illud Caritatis præceptum .... ſanctè anguſteque ab illo ſervari, qui nullum crimen, quod mortale eſt, admittit.* alia miſcet alibi his conſentanea.

Martinus Rythovius ad concilium miſſus eſt jam Epiſc. Iprenſis, & quidem poſt conditum decretum annis multis, ut conſtat ex hiſt. Pallavicini: neque Bib. Belg. neq; Faſti Acad. neq; alii, quod comperire potuerim, notarunt bis veniſſe ad Concilium, quarè ut manuſcripta illa, quæ diſcipulis dictavit, aliquid authoritatis à Concilio habeant, oſtendi mihi volo, bis eò eſſe profectum: neque enim illa dictavit Epiſcopus a Concilio redux: ſed neque illa, quæ ex iiſdem profert adverſarius in app. ad Quæſt. Quodl. habent quiddam communi doctrinæ adverſum, ut oſtenſum eſt pridem adverſus Quæſt. Quodlib.

Ruardum denique Tapperum nobis locant adverſum, quid eſt tandem nominibus pugnare, ſi hoc non eſt? Ruardum à nobis ſtare oſtenſum pridem ita eſt à R. P. Max: Le Dent, ut res manibus tentari poſſit: neque invênit Author Xenii quod cauſaretur, niſi ex Melchioris Cani ſententiâ locutum eſſe Tapperum: neque id alio argumento, niſi quod verba quędam adhibeat, quæ et Canus adhibet. Procul hinc offuciæ.

Hæc eſt illa acies, quam *Formidoloſam* nobis credidit fore adverſarius: veritus tamen ne parum eſſet formidini, miſcet quinque Theologos, qui ante correctionem decreti in ipſo Concilio ſententiam dixerunt. Propoſitum erat Theologos exhibere Concilio ipſo, aut ſaltem decreto poſteriores; ferre opem jubentur priores illi quinque: ad hæc indubita-

tum ipſi eſt, nobis adverſari propriè Theologos illos quinque, idque more ſuo facit ut ſi quis Author vocem modo amoris, aut dilectionis adhibuerit, ſuum eſſe exclamet. Vide Lector quæ in Theologos quinque adnoto paucis Theſi 17. vide etiam §. proximo dicenda in ſententiam Lainii, qui illorum quinque unus fuit.

Porro animadvertens parum à ſe actum, niſi torrenti Theologorum Concilio Tridentino poſteriorum, involventi denique Academias omnes orbis Chriſtiani, torrentem objiceret: primum quidem colligit ultimas reliquias Theologorum, quos torrens ille noſter non involverit; quippe qui poſt Tridentinum affirmarint opus eſſe Contritione exiſtimatâ pauci videbantur quatuor, Navarrus, De Graffiis, Corona, Ludovicus Carbo (qui ſi ita docuerint, ut vult ille, amici nobis ſunt, ut oſtendi in principio §.) addit & Victoriam, ut eſſent quinque. Verum vis quidem herculè hæc eſt nimia: quis durare poſſit, ubi ſic vivitur? Franciſcus Victoria, ut habet Bib: Ordinis Prędic: diem ſuum obiit 12. aug: 1546. hoc eſt non ſolum annis multis ante ſeſs. 14. ſed & menſibus aliquot ante ſeſs. 6. & objicere jubetur ſeſe torrenti qui vires ſumpſerit ex ſeſs. 14. Quieſcant pii manes.

Sed en *torrentem torrenti oppoſitum*: docuere è nobis quidam (publica ſcriptione, quod ſciam nemo) fidem latè dictam ſatis momenti habere ad ſalutem, quod ceteri Theologi negant. Quid ni & hoc objecit, docuiſſe quoſdam è nobis, cœlos ab intelligentiis non moveri, contra quam vulgò ſolent Theologi, ac Philoſophi? nihil, inquies, ad uſum vitæ, ſalutiſque noſtræ negotium, quæſtio hæc: at ne illa quidem. At etiam quo pacto id docuere è nobis quidam? ut veriſimilius: ſaltem ſpectatâ ratione: ut non repugnans ſcripturis ſacris: ut etiam conſentaneum ſententiis Patrum quorundam &c. Meam de re totâ, non opinionem, quâ ſolemus aſſentiri imbecillius diſputantes, prompti cedere ſi quid melius viderimus; ſed ſententiam, ſi exquiris, eam accipe, quæ fuit propoſita nuperis Theſibus: non ſunt ad ſalutem ſcitu neceſſaria hęc omnia, *Incarnatio, Crux, Sanguis, Mors, & Reſurrectio Chriſti*: In quo aſſentiri Auguſtino mihi eſt difficile, fuitque olim S. Proſpero, eſtque hodie omnibus. Quid plura? jungamus dextras: cedamus, utrinque torrenti: me quidem, ſi verum cupis, nihil eſt omnium, quod in Theologiâ cruciet minus, quam quæſtio illa.

An.

§. 6.

An communi doctrinæ de Attritione, contraria docuerint S. P. N. Ignatius, Claudius Jaius, Jacobus Lainius.

REquirebam jam dudum totis vindiciis venerandum mihi nomen S. P. N. Ignatii: mirum ſi in tot nominibus appareret nuſpiam hoc quoque nomen: ſcio enim Authori vindiciarum nomen eſſe carum. Hoc in Queſt. Quodlib. hoc in Apologiâ pro Xenio, hoc alibi adhibere non dubitavit: non adhiberet autem in hâc authoritatum anacephalæoſi tam univerſali? dum inquiro, dum veſtigo, tandem ſeſe offert mihi, loco prorſus honeſtiſſimo, in ipsâ concluſione vindiciarum, Claud. Jayum inter, & Jacobum Lainium, caros ſibi ſocios medius S. Ignatius: *Lucet veritas, ardet Caritas: quis ab hujus ardore, quis ab illius ſplendore ſe abſcondat? &c. ardet Caritas quam Claudius Jayus Societ.* Jesu *Theologus, S. Patris Ignatii Doctrinæ inſiſtens, in Trid. ſeſſ. 6. cap. 6. cum Sacramento neceſſariam docuit. Ardet Caritas quam intimus S. Ignatii diſcipulus Jacob. Lainez ſeſſ. 14. Trid in Sacramento neceſſariam eſſe generosè propugnavit, & eruditè defendit &c.* Delectat me, fateor, tota iſta Concluſio: unde & libenter partem aliquam delibo identidem. Sed de re ipſa videamus.

Claudius Jayus ex illis eſt Theologis unus, de quibus eſt mentio Theſi 4. qui decreto ſeſſ. 6 inſertam voluerunt mentionem dilectionis: ut ergo intelligas non eſſe adverſatum communi doctrinæ de Attritione, perlege ea quæ dedi Theſi 3. & 4. diſceptabatur pœnitentia non Sacramentalis.

At vero Jacobus Lainius ſeſſ. 14. *Caritatem in Sacramento neceſſariam eſſe generoſe propugnavit & erudite defendit:* credas cum hæc audis, exſtare Jacobi Lainii orationem quampiam, pro neceſſitate Caritatis in Sacramento, illis ſimilem, quibus non raró attonitos, tenuiſſe fertur concilii Patres: audiamus veró id omne quod de Lainio ad hanc controverſiam pertineps commeminit Pallavicinus lib. 12. cap. 10. *Jacobus Lainius, qui primus loquebatur inter minores Theologos. condemnans ſecundam partem ſecundi Articuli* (aſſerentium duas ſolum eſſe partes Pœnitentiæ terrorem & fidem) *dixit quod ad Sacramentum requireretur pœnitentia, timor, dilectio, contritio, abſolutio.* Hæc eſt illa *propugnatio generoſa, defenſio erudita* doctrinæ nobis adverſæ.

Scio equidem, quod neſcio an illi didicerint, ſummi animi, ſpiritûſque Oratorem, pariſque eruditionis

Theologum Lainium ſub Paulo III. Bononiæ ad tres omnino horas auditum à Patribus, cum de Sacramento Pœnitentiæ diſſerens pari eruditione, & contentione, hæreticorum perfidiam frangeret: credo haud fuiſſe ſibi diſſimilem tunc, cum Tridenti ſub Julio III. confutabat memoratam hæreſim, de duabus ſolum partibus pœnitentiæ: attamen, quod ſperabat Pallavicinus pertinere ad defenſionem opinionis ſuæ de neceſſitate Caritatis in ſacramento, hoc unum invenit: *Jacobus Lainius dixit quod ad ſacramentum requireretur, Pœnitentia, timor, dilectio, contritio. abſolutio.* Hiccine ſpirat Lainiani pectoris generoſus ardor, ac eruditio, aut omnino propugnatur illa doctrina pro qua hodie decertant Adverſarii noſtri? mitto quod aiunt de *propugnatione generoſa*: mitto etiam defenſionem eruditam: quamquam difficile eſt: quid enim ſibi vult *pœnitentia* ante *timorem, dilectionem, contritionem*? quid omnino requiritur *timor*? quid vult *contritio* diſtans a *pœnitentia* intervallo *timoris & dilectionis*? quid *abſolutio* proxima *contritioni*? ubi *confeſſio*? ubi etiam *ſatisfactio*? vereor ſane ne Lainii ſententia illa malè ſit mulctata à Typographis: ſed hæc mittamus.

Nego illâ Lainii ſententiâ vel tenuem contineri ſignificationem illius doctrinæ, quam hodie tuentur illi: requiſivit *dilectionem*: quam verò iſtam? Dei propter ſe? efficacem? ſuper omnia? divinat & optat, quiſquis ſic accipit: nullane eſt dilectio, niſi Dei propter ſe? niſi efficax &c? nullane eſt dilectio ſpei? atqui de hac teſtatur expertus ipſe, regius vates, quam DILECTA *tabernacula tua Domine &c.* DILEXI *decorem domus tuæ &c.* illâ eâdem languentem Auguſtinũ med: cap. 22. & alibi eſt videre: nullane eſt dilectio, & *Caritas obedientiæ*? Caritatem obedientiæ agnovit Gregor: homil: 27. in Evang. nullane eſt dilectio, & caritas grati animi de acceptis beneficiis? agnovit S. Ignatius illo ipſo loco, quo contra nos utuntur illi. Quid ego dilectiones cæteras perſequar: omnes complexus eſt Auguſtinus lib. 8. de Trin. cap. 10. *Quid eſt dilectio, vel caritas, quam tantopere Scriptura laudat, & prædicat, niſi amor boni?* Cum tam longè latèque ſe fundat nomen dilectio, haud immeritò dixi divinare, ac optare, quiſquis illud in ſententia Lainii ſic accipit, ut nobis adverſetur.

Audiatur poſt hæc aurea S. Ignatii conſtitutio, quam nobis inculcare ſolet Author vindic. nolo enim dicere exprobrare. Parte 3. Conſt. c. 1. §. 26. ſic nobis præſcribit S. Legiſlator: *Omnes rectam habere intentionem ſtudeant, non ſolum circa vitæ ſuæ ſtatum, verum etiam circa res omnes particulares, id ſemper in eis ſpectantes, ut ſerviant, & placeant divinæ bonitati propter ſe ipſam, & propter caritatem, & eximia beneficia quibus prævenit nos potius, quam ob timorem pœnarum, vel ſpem præmiorum; quamvis hinc etiam juvari debeant &c.*

Poteram

Poteram ſanè ſuperſedere hoc loco, quilibet enim per ſe videt, qui aliquid modò videt, prorſus abs re, quæ hodie controvertitur, ingeri nobis conſtitutionem illam: quo conſilio, credo, P. Maximilianus Le Dent locum illum tetigit permodicè; quamquam ille enimverò tam nervoſe, quam modicè: quia tamen hæc diſſimulantes illi nec ceſſant, nec ceſſabunt eadem occinere: quia etiam res eſt invidioſa in vulgus, habetque exprobationis ſpeciem quamdam; quaſi nos immemores ſanctiſſimæ conſtitutionis, ac Regulæ noſtræ (quæ nobis eſt incluſa intimis medullis) ea doceamus de Attritione, quæ nos docere, & veri ſtudium, & caritas vera, ipſaque adeo S. Ignatii conſtitutio monet jubetque, lubet paulò enucleatius, non tam oſtendere, abs re toties intentari conſtitutionem illam, quà exquirere, quid ex eo concludi velint adverſum nos.

Collocemus verò ſedem ipſam, unde illi videntur minari ſe argumentaturos. S. Ignatius hanc legem nobis ſcripſit: *omnes rectam habere intentionem ſtudeant, etiam circa res omnes particulares, id ſpectantes, ut placeant divinæ bonitati propter ſeipſam, & propter Caritatē, & eximia beneficia quibus prævenit nos* &c. Suſcipio, amplector toto pectore ſanctiſſimam legem cui ut obtemperem, ecce hæc ipſa per divinam gratiam conor, & confido me ſcribere ut placeam *divinæ Bonitati propter ſe ipſam* &c. Collocavi Adverſariis argumenti ſedem optatam: exſpecto igitur, ut argumententur: nam adhuc nihil argumentantur ex loco illo. Author vindiciarum ſimplicem facit mentionem doctrinæ S. Ignatii: Author Quæſt. Quodl. hoc plus facit; ad calcem Quæſtionis figit verba ipſa S. Ignatii, proximè verò ingeminat AMEN AMEN, & ſcriptionem abrumpit. Author Apologiæ pro Xenio præfigit Apologiæ verba eadem S. Ignatii, tum verò ſubnectit exclamationem: *O Ignatio dignum de igne Caritatis monitum* &c. contendit etiam verbis S. Ignatii contineri præceptum, quia Matth. 6. dicitur *Lucerna corporis tui eſt oculus tuus* &c. Aſt ego expecto etiamnum, ut argumentatio quæpiam, & concluſio prodeat ex conſtitutione, & Auctoritate S. Ignatii. quæſo igitur id quod eſſe æquiſſimum ipſi videant, tantiſper ſileatur de S. Matthæo S. Auguſtino, & Drexelio, qui omnes ibi miſcentur ſanè perturbatè: aveo audire ex Authoritate S. Ignatii quid concludant. Sed fruſtra eſt; præter verba S. Ignatii reddunt nihil: niſi repetitum AMEN AMEN, & exclamationem; *O Ignatio dignum* &c.

Conjecturis ergo agendum, ut veſtigem quid concluſum voluerint: conjectura mihi verior videtur, voluiſſe concludere hoc pacto: *voluit S. Ignatius filios ſuos in rebus omnibus particularibus id ſpectare, ut placeant divinæ Bonitati propter ſeipſam &c. ergo ſuo ſenſu S. Ignatius pœnitenti eſſe neceſſarium in ſacra-*

ſacramento amorem Dei benevolum &c. hoc judicaſſe S. Ignatium cenſet Author vindiciarum Theſi ſuâ poſtremâ; idque haud dubium, quin eo argumento, quod propoſui: ſed heus viri eruditi placeat ergo vobis & hæc argumentatio, *voluit S. Ignatius ſuos in rebus omnibus id ſpectare, ut placeant divinæ Bonitati &c. ergo ſacerdoti abſolventi judicavit neceſſarium eſſe amorem Dei benevolum.*

Imo vero placeat hæc quoque argumentatio: voluerunt ſapientiſſimi Conditores Conſtitutionum Ordinis Eremit: S. Auguſtini, *ut ſemel ad minus in ſeptimanâ quilibet Frater, cujuſcumque gradus, vel conditionis ſit, teneatur debite confiteri in Capitulo, in Choro, vel in ſacriſtia, vel denique in aliquo publico & decenti loco .... utroque genu flexo, junctiſque manibus*, & quæ alia ad omnem ſenſum pietatis aptiſſima lego in illis ſanctis Conſtitutionibus: ergo judicarunt illi legum Conditores, hæc omnia eſſe Pœnitentibus in Sacramento neceſſaria. Aut nugari aut hallucinari me dicas ſi ſic argumenter: quid illos cenſes, qui ſimiliter prorſus?

At inquies, aliunde conſtat neque abſolventi amorem, neque certam pænitentibus compoſitionem externam eſſe neceſſariam: aio & ego aliunde omnino probari, ne Pœnitenti quidem eſſe neceſſarium amorem, quem illi requirunt. Negabunt illi hoc aliunde probari, imò dicent, contrà probatum à ſe eſſe aliunde: videſne ergo redeundum denique eſſe ad caput totius cauſæ, relictâque Authoritate S. Ignatii, aliis armis certandum de neceſſitate amoris in Sacramento?

Sed verò, voluit S. Ignatius ſuos omnes habere rectam intentionem etiam circa res particulares: *cujuſmodi* inquit Author Quæſt. Quodlib. *eſt confeſſio peccatorum.* Intelligo: ſed exſpecto ut concludat, quod ille hic facit nuſquam: apparet tamen pruriginem ad concluſionem hanc: *ergo voluit S. Ignatius ſuos habere rectam intentionem in confeſſione peccatorum.* Rem magnam, ſuperi, ac doctrinæ noſtræ exitioſam! imo vero altiora ſentiamus de Patriarcha noſtro: voluit ille ſuos non rectam utcumque, ſed rectam eximiè intentionem habere, *ut placeant divinæ bonitati propter ſeipſam* ut, inquies, etiam in confeſſione peccatorum: etiam verò an id dubium eſt tibi? ita voluit legiſlator noſter; quippe *etiam circa res omnes particulares*: ita nos conamur ſedulò, etiam in confeſſione peccatorum; ne dubita: ita noſtros Tyrones inſtituimus, ut non ſolum ubique, atque imprimis in confeſſione peccatorum, amare Deum aſſueſcant, ſed etiam, explicatis Sacerdoti peccatis, utantur laudatiſſimâ formula, qua teſtentur valde expreſsè, ſe dolere de his cæteriſque peccatis, ex ſyncero Dei amore: quod ego etſi non invenio expreſſum in ea formula, quam præſcribunt Conſtitutiones Ordinis Eremit. S. Auguſtini, de re tamen

ipſa

ipſa uſuque tam laudabili non dubito.

At enim illi curioſi parum inveſtigavere mentem altiſſimam S. Ignatii: voluit hic ſuos, non utcumque rectam, aut eximiè rectam in rebus omnibus, ſed ſublimem quamdam habere intentionem; voluit, inquam, ſuos non ſolum in rebus omnibus hoc ſpectare, *ut placeant divinæ bonitati propter ſeipſam*, ſed etiam *ut in omnibus quærant Deum, exuentes ſe, quantum fieri poteſt, amore omnium creaturarum, ut affectum univerſum in ipſarum Creatorem conferant* &c. voluit ſuos *omnino & non ex parte abhorrere ab omnibus quæ mundus amat, & amplectitur, & admittere, & concupiſcere totis viribus, quidquid Chriſtus Dominus noſter amavit, & amplexus eſt*, & quidem hæc tam ſublimia, *in omnibus quoad fieri poterit, divina gratia aſpirante*. Itane verò in omnibus? inferant illi; ergo etiam in confeſſione peccatorum: quis dubitat? inferant rurſus: ergo judicavit S. Ignatius illam animi perfectionem admirabilem, & paucis mortalibus acceſſam, ad quam contendere ſuos juſſit, eſſe præparationem Pœnitentibus neceſſariam ad fructum Sacramenti percipiendum: ad hæc quis non rideat hominum urbanorum?

Nihil his cedet Author Apologiæ pro Xenio: contendet *verbis S. Ignatii contineri præceptum*: quod verò illud præceptum? divinum? an humanum S. Ignatii? quod ad poſterius attinet: unâ conſtitutionum ſuarum ſanxit ipſe Ignatius, *nullas Conſtitutiones poſſe obligationem ad peccatum mortale, vel veniale inducere*: ſed demus voluiſſe obligare ſuorum conſcientias, & quidem graviter. hinccine conficies Pœnitentibus universè neceſſariam eſſe in Sacramento amorem benevolum, aut ita exiſtimaſſe S. Ignatium? quid ad eos omnes, qui S. Ignatii inſtitutum non ſequuntur, Conſtitutiones S. Ignatii? ne hoc quidem conficies, iis qui S. Ignatio nomen dederant, abſolutè neceſſarium fore amorem illum, illis ſufficeret contritio exiſti- juſta, ut conſideranti patebit.

Imo hoc potius velle dicas Authorem Apologiæ, verbis S Ignatii contineri præceptum divinum: probat enim illis pręceptum contineri ex Matth. 6. *Lucerna corporis tui eſt oculus tuus: ſi oculus tuus fuerit ſimplex &c.* Advertat Lector, quo operæ pretio toties ille nobis cecinerit Conſtitutionem Ignatianam: en denique probat illâ contineri præceptum; haud ſatis comperi an divinum an humanum, probat, inquam, quia *lucerna corporis tui eſt oculus tuus &c.* Si de humano pręcepto locutus eſt, imbellis eſt probatio, ut per ſe patet: tum verò, ut maximè ſit nervoſa, ne hoc quidem efficit, quod vult, ut pœnitentibus abſolutè ſit neceſſaria dilectio. Si de Divino præcepto probatum voluit, manifeſtum fit, nullo operæ pretio, toties inculcatam eſſe conſtitutionem S. Patris Noſtri; ubi denique valere juſſâ conſtitutione, ex Euangelio,

Omnino G Augu-

Auguſtino, Drexelio, qui ibidem ſubvenire jubemur, probanda eſt obligatio (& quidem gravis, ut ad rem ſatis pertineat) rectæ intentionis, in rebus omnibus placendi divinæ Bonitati propter ſe ipſam: ad quam rem probandam nihil penitus momenti affert Ignatiana Conſtitutio, quod eſt evidens conſideranti ejus verba, quæ ſuprà deſcripſi.

Hæc ego reputans mecum, cœpi ſane ſuſpicari virum imprimis perſpicacem ea Conſtitutione S. Ignatii nihil horum voluiſſe concluſum, quæ oſtendi concludi non poſſe: quid enim ille id cogitaret cum nullâ ſpe? quare, cum neque aliud eſſe poſſit, quod concludere voluerit, ſuſpicor nihil voluiſſe concludere. Quid ergo toties inculcat Conſtitutionem illam? non habeo ſatis exploratum: niſi fortaſſe velint exhortari, atque animare nos ad Caritatem illam ſublimem, ad quam nos vocavit pridem S. Ignatius. Hoc mihi facit veriſimile illa repetitio AMEN AMEN, hoc eſt, *fiat fiat*, quaſi, aliud nihil concludens, ſubnexuit verbis S. Ignatii in Quæſt. Quodlib. At, inquies, importune exhortatus ſit inter diſputandum: Ego verò cenſeo nullum eſſe importunum aut tempus, aut locum exhortandi, incitandi, ſtimulandi ad amandum Deum in rebus omnibus, omnes homines, doctos, indoctos, pios, impios, amantes, non amantes: quando etiam importunus eſſet locus ullus, cenſeo Caritatem eſſe rem tanti pretii ut ejus gratiâ ſit faciendum, quod Timotheo mandavit Apoſtolus, *Prædica verbum, inſta, opportune, importune*: Quare nec indignamur, nec erubeſcimus, ſed magnas agimus gratias viro noſtri ſtudioſo, qui ad amandum Deum nos videatur exhortatus; ſpero quidem currentibus addidiſſe ſtimulum; quod minimum hic omnino valet, ſi verè: *ſi ſtas, procede: ſi ingrederis, curre: ſi curris, vola*. Dabimus ergo operam, ut non ſit fruſtra exhortatus: & quoniam omnis Caritas & Divina, & humana nos monet, ne abſcondamus ea remedia, quæ multis hominibus ad ſalutem obtulit Dei Miſericordia: nos verò ejuſmodi remedium judicamus eſſe Attritionem in Sacramento, etiam expertem amoris amicitiæ, pergemus ſedulò primum quidem hortari omnibus viribus, ut ad Caritatem aſſurgere conentur pœnitentes, & quidem Caritatem perfectiſſimam: tum verò & profiteri & oſtendere, illam, quam dixi, Attritionem ſufficere in Sacramento: quia id quod uſu venire ſolet didicimus non paucos, etiam pios & Caritatis percupidos, ingenti dedecore perſuaſos Fideles, præparationem Sacramento neceſſariam eſſe dilectionem Dei benevolam, efficacem, & quidem ſuper omnia; perterritos difficultate rei arduæ, defugere ſalutare Tribunal, procraſtinantes in tempus longum, & poſt omnia evaſiſſe ſemper minus apti, ſeu præparati.

Poſtremo,

Poſtremò, ſunt qui metuant, ne Author vindiciarum, uti neceſſitatem Caritatis in Sacramento, quam tuetur, interpretatur Caritatem, & defenſionem illius neceſſitatis, defenſionem Caritatis; ſic libertatem Caritatis in Sacramento, quam nos tuemur, interpretetur quiddam Caritati inimicum, & defenſionem illius libertatis, defenſionem inimicam Caritati. Hæc illi metuebant, ne vergeret illa Concluſio Xenii, verbis Auguſtini: *Hæc dico Fratres &c. ſi enim Caritas nulla eſt in vobis, nihil diximus*; ſuſpicantur iidem inculcationem illam Conſtitutionis Ignatianæ ad ſupremum Caritatis faſtigium nos vocantis, habuiſſe exprobrationis quiddam; cum ex ea nihil ipſe concluſerit uſpiam, & manifeſtum ſit nihil poſſe concludi, quod ad controverſiam ſpectet. Ego quod ad me attinet, hujuſmodi timori, ac ſuſpicioni de viro ſpectatiſſimæ virtutis, nunquam præbui aditum in animum meum: eſt illa fuitque aliorum quorundam plena fraudis techna, tam imbellis apud peritos, quam potens calumniatrix apud imperitos: adverſus quam ſi agendum ſit, aliæ tandem & verſandæ utrinque & conferendæ ſunt hiſtoriæ, quieſcere juſſâ Tridentinâ, & defenſio petenda ex eo fonte, quem aperuit Gregorius Homil. 30. in Evang. *Probatio dilectionis exhibitio eſt operis*: ſed nihil tanti eſt: illos ulciſcetur calumnia ſua.

§. 7.

Senſus Emin: Card: Pallavicini de communi Theologorum doctrinâ in controverſiâ Attritionis.

EMinen. Cardinalem ſtetiſſe pro neceſſitate Attritionis dilectricis, palam eſt ex ejus ſcriptis, intelligiturque ex ipſa hiſtoria Tridentina: at neque illa omnia ſenſiſſe de Attritione, quæ ſentit hodie pars nobis adverſa, neque ex eodem, quo illi hauſerunt fonte, petiiſſe doctrinam ſuã, liquet ex iis quæ per tranſennam adnotavi Theſi 9. Quam verò judicarit non contemnendam, quam tolerandam doctrinam ſuæ contrariam exquire, obſecro, Lector, ex RR. DD. Paſtoribus Gandavenſibus. Diſſimulabunt illi quidem fortaſſe, ſed non ignorant: roga igitur ubi exhibeant epiſtolam, quam dignatus eſt ipſis ſcribere Emin. Cardinalis 14. Augu. 1662. mittent fortaſſe illi te ad præfationem libelli, cui eſt Titulus, *Oordeel vande Paſtoren &c.*

Aſt ibi ſolam invenies expreſſam Epiſtolæ partem priorem: ſi es curioſus, quære quid ita viſum fuerit RR. Dominis ſupprimere partem epiſtolæ poſteriorem. Nihil judicabo temere: neque tamen fraudabo lectorem reliquâ epiſtola, quam accepi Româ

deſcriptam ſummâ fide ex ipſo autographo, ipſius Cardinalis manu conſcripto: ille vero ea, quæ jam ſunt vulgata typis Gandenſibus, ſic perſequitur, abſolvitque.

„Numquam tamen mihi animus „fuit ullam notam inurere ſenten„tiæ inficianti, quæ haud quaquam „infirmis nititur fundamentis, & „frequentiori catholicorum Docto„rum calculo probatur. Neque ali„ter viſum puto inclytæ Lovani„enſi Academiæ, cujus judicium ad „me remiſiſtis; nec enim noſtræ poſi„tioni adſtipulatur, ut neque eam „certam dicat, neque adverſæ cenſu„ram inurat. Quocirca vos amantiſ„ſimè cohortor, ut Caritatis, quam „adeò expetitis, minimè obliti, ita „veſtra tueamini, ut ne aliena, ſi pro„babilia ſint, ſi piorum ac ſapien„tum ſuffragiis fulta, ſi denique ſe„dis Apoſtolicæ, cujus eſt de Theo„logicis ſententiis judicare, ſcientiâ „& permiſſu in praxi recepta, coar„guere tentetis. Id enim non tam „pietati, & zelo, quàm æmulatio„ni, & contentionis ſtudio jure tri„bueretur. Hæc habui, quæ veſtris „litteris ſincero, & amanti animo „reſponderem, ſimulque omnem „vobis meam opem, perpetuamque „amicitiam impensè offero. Romæ „die 14. Auguſti 1662.

Accipe etiam veteris amici animadverſionem in epiſtolæ partem priorem, quam ad me Româ 27. Jul. 1669. dedit R.P. Martinus de Eſparza, quondam Emin. Card. Pallavicini in Romano Gymnaſio Collega, hodieque æſtimatiſſimus in Urbe Theologus, ſcriptis etiam in omnem Theologiam libris clariſſimus, cui viro libenter debeo, ſi quid ſani poſſim quod Theologiam redoleat, porro ſic animadvertit.

„Quod Cardinalis affirmat ali„quos præclaros ſcriptores Societa„tis tenuiſſe ejus ſententiam de At„tritione dilectiva Dei, eandemque „tradidiſſe ante & poſt ipſum, alium „atque alium Theologiæ profeſſo„rem in hoc eodem gymnaſio Col„legii Romani, dicit id quidem bo„nâ fide, & credens revera ita eſſe, „de quo mihi certò ſpeciatim con„ſtat, uti cunctis omnibus qui eum „noverunt unquam, de perpetua ac „inviolata ejuſdem ſynceritate in „dicendo, & agendo: ceterùm di„cit id deceptus æquivocatione non „parvi momenti, in quam inciderunt „non pauci circa illam controver„ſiam de Attritione dilectiva Dei. Mox verò pluribus explicatam æquivocationem ſic deinde in pauca „colligit. „Attribuit Cardinalis pro „Attritione formaliter, & expreſsè „dilectiva Dei, & habente pro par„tiali ſuo motivo formali ac imme„diato, ſummam ac infinitam ejus „bonitatem ſecundum ſe, [illegible] „[illegible], qui in eadem Attri„tione, præciſe, ut eſt actus lauda„bili, ac [illegible], & ſupernatura„li, expreſſerunt aliquanto, ſeu di-

„ſtinctius,

,, ſtinctiùs, ſeu efficacius participationem Caritatis univerſaliter communem omni virtuti inferiori per ſubordinationem finium intermediorum ad finem ultimum, & proſecutionis illorum ad proſecutionem hujus &c,, Illam verò participationem Caritatis, quæ non habent pro partiali ſuo motivo formali divinam bonitatem, illuſtrare idem vir ſolet illa D. Thomæ ſententia in 3.d.26.quæſt.2.a.2.ad 3. *omnes aliæ virtutes participant aliquid à Caritate, ſimiliter deſiderium ſummi boni, propter quod operantur*: atque hac quidem æquivocatione deceptum fuiſſe in epiſtola Cardinalem de illis præclaris ſcriptoribus, binisque in Rom: Collegio Theologiæ Præceptoribus diſſimulandum non fuit.

§ 8.

De Strategemate adverſus Emin: Card. Toletum

STrategema ſcholaſticum ſpectaſtis Lovanienſis Academici, quotquot interfuiſtis in diſputatione Lovanii celebratâ hoc an. 96. Auguſti poſt meridiem: audiſtis verò de ſtrategemate, quiqui non interfuiſtis. Fuit enim fabula toto Lovanio, ut mihi ajunt. Mihi non licuit eſſe tam beato, ut interfuiſſe poſſem: aberam peregre, & Lovanium redii diu poſt. Strategema dixi, adverſus Toletum: plus etiam interpretati ſunt alii, ad quos cauſa nihil attinebat: ſed credam ego ſemper, non probitate minus quam doctrinâ Eximio viro, ſancte confirmati, noluiſſe ſe inſimulatum quempiam noſtrûm de viſiturâ Toleti Summâ.

At verò adverſus Toletum adhibitum eſſe aſtum: vel, ſi hoc ipſum eſt duriuſculum, adhibitam eſſe quoquo modo aſtutiam: hoc mihi ex animo exuri non poterit. Quid ille ſedens in turbâ, ad illum dicam, quod ſciam, in hujuſmodi actibus non animum, cùm adeſſent è pulpitis alii, qui diſputare vellent & poſſent, ſub ipſam actus concluſionem, qui nomen illi non debebatur, rogandus fuit, ut ſcrupulum ſuum proponeret? nihil etiam ſuſpicatio quorundam dicere occaſionem fuiſſe docendi Auditores, quantum diſcreparet Toleti Summa antiquior à novis, neque contra Toletum, ſed pro Toleto rem fuiſſe compoſitam. Credo quidem animo fuiſſe rectiſſimo compoſitam. Aſt ego bonâ veniâ Reverendi Domini, ſupplebam ea quæ rebus gravioribus diſtractus ipſe aſſecutus non fuit, ut qui ibi adſitere Auditores, lectione modicâ, ſi velint, diſcant ea, quæ auditione oportuiſſet.

Toleti Summæ quædam, editionis ſatis antiquæ, anni forte 1600. aut non multum inde aberrantis, ita comparatæ ſunt, quaſi Author omnino

nimo docuerit neceſſariam in Sacramento eſſe Contritionem exiſtimatam: Summæ aliquanto minus antiquæ editionis, ſimile habent nihil. Ibi antiquiores ſic habent: *Attritio, ſi talis ſit, ut ſignificat pœnitens, ſe non diſpliceri peccatum, ut eſt Dei offenſa ſed tantum, ut eſt alicuius mali cauſa, & pœnæ infernæ, non ſufficit ad Sacramentum*: ibi minus antiquæ ſic loquuntur; *Attritio, ſi talis ſit, ut ſignificat pœnitens ſe non diſpliceri peccatum, ut eſt Dei offenſa, ſed tantum ut eſt alicuius mali temporalis cauſa, non ſufficit ad Sacramentum.*

Quæretur ergo quibus hic potiſſimum credendum de mente Authoris? notandum ſimul tangere quæſtionem: oſtendi enim §. 5. a nobis omnino ſtare in contrario etiam hodierna, qui neceſſariam ajunt contritionem exiſtimatam. Cenſent illi Attritionem ſufficere: idem cenſemus & nos: quid aliam miſcemus quæſtionem de quodam præcepto eniteendi ad contritionem? Quia tamen de mente Toleti quæſtio mota eſt nobis invidioſa, ut ex dictis intelligitur: age videamus.

Nemo ignorat rem eſſe minime inuſitatam, ut quod præclari Magiſtri diſcipulis dictavere, alii eorum tradidere, ea ipſis ignaris aliqua emanent in lucem, & quidem mendis ſcatentia: De hac re paſſim in ſuis proœmiis comperies expoſtulantes optimæ notæ ſcriptores: multo vero id facilius evenire magiſtris jam demortuis per ſe patet. Aio vero id eveniſſe imprimis Cardinali Toleto: quam rem teſtimoniis comprobandam ſuſcipio.

Extat apud nos Summa Toleti edita anno 1623 locis variis, Antverpiæ, Mediolani, Coloniæ: extat edita Romæ anno 1618. Duaci 1633. Rothomagi 1634. &c. pleræque ampliſſimis munitæ approbationibus, & Romana quidem à M. Sacri Palatii Hyacintho Petronio Ord. Prædic. non ſine Diplomate Pauli V. imprimendi facultatem largiente; harum nulla habet ea, quæ faveant neceſſitati Contritionis exiſtimatæ.

Porro ut intelligas id eveniſſe Toleto jam defuncto quod modo monebam; primum quidem præſtantem audi Typographum Commentarii: „ Non ita multo poſt, quam
„ vir tantus exceſſit e vita, Typogra-
„ phi quidam exemplum ſive ne-
„ ſcio quod nacti ex iis, quæ Car-
„ dinali publicè olim docente, ma-
„ nuſcripta operâ auditores exce-
„ perant, ultro mandare prælo, &
„ divulgare non dubitarunt &c. In
„ illud operarum vitio irrepſerunt, &
„ multò plura ex ipſis exemplaribus re-
„ dundarunt, quæ Authoris autho-
„ grapho ita repugnant, ut ſæpe di-
„ verſam ſententiam, ſæpe etiam illi
„ contrariam, in qua fuit Author,
„ complectatur. Quare ut conſulere-
„ tur ſummi viri exiſtimationi, quæ-
„ ſitum eſt EXEMPLUM IPSIUS
„ TOLETI MANU CONSCRIPTUM,
„ ET AB EODEM MULTIS LOCIS

COR-

,,CORRECTVM, quod eſt Romæ ,,apud Patres Societatis JESU, cum ,,quo ab eiſdem Patribus, unum ex ,,illis, quæ ita ut dictum eſt, incon- ,,ſultò fuerant excuſa, accuratè col- ,,latum eſt, atque ubi diſcreparet ,,emendatum.

Poſt hæc proferant adverſarii exemplum Summæ ex illis antiquioribus, quod cum authographo ipſius Toleti manuſcripto collatum affirmetur. Primus omnium, ſi ipſi certè affirmanti credimus, Horatius Cardon Summam Toleti excudit Lugduni anno 1599 ille vero in dedicatoria epiſtola teſtatur, eam ſibi nuper Hiſpaniam peragranti donatam eſſe manuſcriptam à viro Nobiliſſimo, ac Religioſo. Eodem anno recuſa eſt Coloniæ, & quidem ad bene ſcriptum exemplar: ſed nihil hæc ad authographum ipſius Toleti manu conſcriptum, quo denique ſunt uſi Typographi anno 1603 & ſequentibus.

Summa Romæ edita approbante Mag. S. Palatii titulum hunc habet: *Inſtructio Sacerdotum &c. quæ nunc* QVARTO CVM AVTHOGRAPHO COLLATA ET CORRECTA EST. Et verò, quod præcipui momenti eſt, Paulus ipſe Papa V. in ſuo diplomate quam illi Summæ præfixit, correctionis illius eſt non obſcurus teſtis; imò facit, ut credam ab ipſo Magiſtro ſacri Palatii cum authographo collationem eſſe factam, aut fieri juſſam.

De Collatione Summæ Toletanæ cum authographo teſtatur quoque digniſſimus omni fide Anton. Poſſevinus in Apparatu Sacro, ubi & de Summa Lugduni & alibi edita ſine collatione illa: *quæ, inquit, quamvis ſint multa & propemodum pervulgata, non eſt cenſenda Toleti.*

Ex his ſpero quidem lectori eſſe perſuaſum, de mente Toleti credendum potius Summis illis, quas memoravi, cum authographo tam accuratè collatis, in quibus nulla mentio de neceſſitate Contritionis æſtimatæ, quam aliis paulò antiquioribus, quarum exemplum primum manuſcriptum, inventum neſcio ubi, in Hiſpania (ubi certum eſt, neque ſcripſiſſe Toletum, neque exſtare authographum Summæ) à ſe præpropere, tumidum, ac mendoſum. Si quæ major eſt diſcrepantia Summarum priorum à poſterioribus, quam ut incuriæ diſcipulorum adſcribi poſſit, adſcribatur ſanè ipſi Toleto, qui, quæ junior, dictaverat, jam ſenior uſuque rerum doctus, auxit, correxit, expolivit, neque id ita tamen, ut ultimam manum adhibere mors ſit paſſa. Hæc habebam ad ſtrategema illud ſcholaſticum.

THESIS X.

Nocuit graviter doctrinæ adverſæ.

PArum ergo [illegible] minimam noſtræ doctrinæ fuiſſe emendationem decreti: affirmo eandem nocuiſſe graviter doctrinæ adverſæ, idque non tantum eo nomine, quod neceſſe ſit è contrariis doctrinis, id quod alteri accedit emolumenti, alteri fraudi eſſe; ſed nomine ac titulo prorſus ſpeciali: contendunt adverſarii ſeſſ. 6. c. 6. expoſi modum præparationis ad juſtitiam in Sacramento obtinendam, diſertèque præſcribi pœnitenti dilectionem benevolentiæ: ſi eſt ita, quod oſtendi ex ipſa hiſtoriâ longè ſecus eſſe, quid cauſæ eſt cur PP. ſeſſ. 14. cap. 4. ita abolitam voluerint parentheſim illam (*non tamen poſſe eſſe ſine aliquo motu amoris erga Deum*) ut nec veſtigium ejus relinquerent? & tamen illa, ut oſtendi theſi 8. eam vim habebat, ut ſufficiens diceretur eſſe Attritio ex metu, ſi eſſet conjunctus amor, ſecus verò, ſi non eſſet. Si hoc exprimebat parentheſis parum aptis vocibus, rem ipſam reliquiſſent, vocibus mutatis: cur non reliquerunt? non licet ſibi reſpondere quod placere videtur Pallavicino, in neutram partem voluiſſe PP. definire controverſiam: jam definiverant, ut cenſet ſeſſ. 6. quid ergo peccabat tam graviter parentheſis illa, ut eſſet ex toto abolenda? non aliud, ſi verum quærimus, niſi quod neceſſitatem amoris in Sacramento adſtrueret illa: Patribus verò id diſpliceret.

Confirmatio Theſis 10.

PErgo etiamnum exquirere, cur ita exoſam habuerint Patres parentheſim illam, ut nec veſtigium ejus reliquerint: cauſam adverſarii aiunt continuari verbis Tudecani monentis, *quod erat falſum non poſſe eſſe talem attritionem ſine amore*: verùm, ratio Tudecani oſtendit illa quidem, eſſe emendandam parentheſim, non tamen abolendam penitus: petit ille corrigi particulam *vix*, non tamen erat parentheſim univerſim: manifeſtum eſt ex theſi 8. vim habuiſſe parentheſim adſtruendi neceſſitatem amoris in Sacramento: quàm facile erat, hac parte retentâ, reſecare particulam *vix*, atque his verbis *non tamen poſſe eſſe ſine aliquo motu amoris erga Deum* ſubrogare hæc: *& ſic cum aliquo motu amoris erga Deum*? cur non fecerunt? cur ſublatam voluerunt [illegible] verum neceſſariæ, ut cenſent illi? an locus non erat opportunus? atqui locus erat docendi fideles, & quidem *exactè & plenè* de præparatione neceſſariâ ad fructum Sacramenti: an definitam eſſe non volebant [illegible], ut cenſet Pallavicinus?

atqui, ut volunt adverſarii noſtri, jam illa quæſtio deſierat eſſe *ſcholaſtica:* erat enim definita ſeſſ. 6. an ignorabant, vel non erant memores Patres ſeſſ. 6. definitam eſſe? cogitatu nefas: inventus eſt tamen qui probrum hujuſmodi comminiſceretur. Denique cauſam abolitę penitus parentheſeos præter eam quam aſſignat Theſis, nullam afferes probabilem.

THESIS XI.

Nihil nocuit nobis expunctio vocis ſolum.

ELiminatam ex decreto Patres voluerunt vocem *ſolum*, ubi dicebatur *Attritio ſolum concepta per conſiderationem turpitudinis peccati &c. eſt ſufficiens &c.* en ipſam ut videbitur definitionem communis doctrinæ de Attritione: nocuiſſe ergo dices nobis iſtam expunctionem. At tu cenſeſne eo Conſilio adhibitam prius fuiſſe vocem *ſolum*, ut excluderetur neceſſitas amoris ad juſtificationem? convinceris manifeſtò: mox enim amore opus eſſe oſtendit illa parentheſis de qua Theſi 8. affirmo ſimiliter non eo conſilio ejectam eſſe vocem *ſolum*, ut adſtrueretur neceſſitas amoris; hoc mihi innoteſcit ex verbis illis, quæ ſubſtituerunt PP, ſuntque in decreto ut nunc extat: *quoniam vel ex turpitudinis peccati conſideratione vel ex gehennæ & pænarum metu communiter concipitur.* Decretum mendoſum, illâ voce *ſolum* excludebat aliud omne motivum Attritionis ipſius, ut oſtendunt verba ipſa: *Attritio ſolum concepta per conſiderationem turpitudinis peccati vel per timorem gehennæ & pænarum:* nequaquam vero excludebat conſortium omne amoris actuſve alterius: amorem enim diſertè requirebat illa jam ſæpe appellata parentheſis, quæ quidem fuiſſet antilogia etiam inepto compilatori pudenda: atqui ſciebant PP. concipi quidem COMMVNITER Attritionem ex conſideratione turpitudinis, metuve gehennæ; poſſe tamen & concipi ex aliis quoque motivis; ut puta obedientiæ, religionis, juſtitiæ: ſubſtituerunt ergo illa quæ memoravi. Quid plura? ſi cenſes in decreto ut nunc extat, ſermonem eſſe de Attritionis diſpoſitione remotâ ad gratiam, ex tuâ quidem ſententiâ nihil peccaſſet decretum ſi retinuiſſet voculam *ſolum*.

THESIS XII.

Nihil nocuit expunctio vocis ſervilis.

AT etiam expungi Patres voluerunt voces illas *timor ſervilis* diſeſmuſne in decreto ut nunc extat nullam reipsâ mentionem eſſe timoris ſervilis, neque adeò Attritionis ſervilis? aſt certè conſtat doceri illo decreto eam Attritionem quam ſervilem hodie nuncupant *Donum*

Dei

Dei eſſe & Spiritus ſancti impulſum: quod ſi & cenſeas Attritioni ibidem tribui diſpoſitionem non niſi remotam ad impetrandam gratiam, an non hoc de Attritione cenſes ſervili? At inquies, Tridentinum non definit metum, cujus ibidem meminit, eſſe *timorem ſervilem*: ego verò aio Trid. de Attritione quæ eſt re ipſâ ex timore ſervili, definire, quod ſit *donum Dei &c.* conſtat ergo ex definitione concilii mentionem relictam eſſe de Attritione quæ eſt reipſâ ex timore ſervili: idque tam eſt certum ex decreto quod nunc extat, quam eſt certum, quod Attritio quæ eſt reipſâ ex timore ſervili ſit *Donum Dei*, de quo non dubitat pars adverſaria. Non ergo jure contendet obeſſe nobis omiſſionem ſimplicis nomenclaturæ; *Qui timor vocatur ſervilis*, quod unum habebat decretum prius. Accipe etiam cauſam idoneam expunctionis; *Timor ſervilis* vox eſt ambigua; antiquis non paucis erat vox illa in vitio, tamquam pravam ſignificaret cupidinem peccandi ſi liceret impune, quod demonſtravit R. P. Maximilianus Le Dent: non ignorabant hoc PP. faceſſere ergo juſſerunt vocem invidiæ ſubjectam, idque haud paulo humanius quam noſtri adverſarii, qui, ubi eſt mentio de Attritione, cujus vim defendimus, nullo æquè epitheto gaudent uti, quam *ſervilis*: quaſi de nullâ Attritione ſit quæſtio, niſi eâ, quæ eſt ex timore: placetne præcipuè vox iſta ob eam invidiam cui dixi ſubjectam eſſe? nolo exiſtimare.

Confirmatio Theſis 11. 12.

Expunctionem vocis *ſolum*, vociſque *ſervilis*: fraudi nobis eſſe oportere; contendebat author ſuppoſitæ *veritatis & caritatis*: aſſignavi utriuſque expunctionis cauſam idoneam, & nihil nocentem nobis: ſpero probatam eſſe Authori Vindiciarum; cum nihil magnopere adversùs illam moliatur. Poterat in expunctione illâ cavillationi locum invenire, ſi putaret in decreto, ut nunc extat, mentionem eſſe de Attritionis diſpoſitione proximâ ad gratiam; ſed hoc ille non putat, nec putavit olim, ſed diſputavit ex hypotheſi: cenſet mentionem eſſe de diſpoſitione remotâ: adeoque de Attritione, quam vocat *ſervilem*, & *ſolum* conceptâ ex motivo metus, & conſideratione turpitudinis: nihil ergo de expunctione illa harum vocum, exprobrabit nobis poſthac, niſi fortè ex hypotheſi.

Dixi Authorem Vindiciarum nihil magnopere molitum eſſe adverſus cauſam expunctionis aſſignatam, ac ſtabilitam his Theſibus: attamen profectò oſtendit malle ſe, ut in decreto veteri particula *ſolum* excludat amorem omnem, ſeu moventem, ſeu comitantem, ne expuncta intelligatur communis doctrina de Attritione amoris experte. Atque hoc optat ille quidem, ſed non probat: ego contrà cauſatus ſum amorem diſertè

requiri

requiri illâ jàm ſæpe appellatâ parentheſi; adeoque ſi vocula *ſolum* in principio decreti excludat omne conſortium amoris, contradictionem futuram etiam inepto compilatori pudendam, hoc eſt, etſi ineptus is fuiſſet: (nec enim aliud voluiſſe me de compilatore, quilibet videt, qui non eſt iniquus lector) ille verò nihil penſi habet, *non eſt*, inquit, *cur ineptum compilatorem excuſare ſatagamus*: vocat & *compilatorem imperitum*. Itane vero cenſet à Concilio Tridentino adhibitos eſſe compilatores decretorum *imperitos*, atque *ineptos*? viris Principibus cura eſt una ex primis, ut quos ſibi volunt eſſe ab epiſtolis, ii ſint homines ingenio, ſtyloque prompti, & rerum agendarum gnari: ſacroſancta & Oecumenica ſynodus Tridentina homines adhibuerit de fungino genere, *imperitos*, *ineptos*, qui exciperent, digererentque ſenſa Patrum Divinitus congregatorum, Dogmata fidei Eccleſiæ univerſæ, in omnes denique annos futura?

Novit, credo, Adverſarius qui vir fuerit Cornelius Muſſus Bitontinus Epiſcopus Ordinis Seraphici decus admirabile, quem in hiſtoria Pallavicinus ait, *veniſſe inter primos Epiſcopos, non tam ad Concilium jam formatum, quàm ad formandum Concilium: ſolenni oratione aulæa demiſiſſe Theatro mundi, ipſo Concilii exordio, exinde adhibitum ſemper in graviſſimis deputationibus fuiſſe, non tam membrum vulgare, quàm brachium dexterum illius Corporis.* Hunc virum, hunc ſciat fuiſſe compilatorem decreti de juſtificatione.

Novit ſimiliter qui vir fuerit Jacobus Lainius noſter quo aliquando ad tres circiter horas dicente ſententiam, relictis ſubſelliis conferti Patres adſtare gaudebant: alias ejus laudes perſequitur ipſe Author vind. At ſciat virum eundem fuiſſe Compilatorem decreti de ſacramento Ordinis.

Procul denique omni dubio, ut cæteros prætercam Compilatores clariſſimos viros, neque *imperitum* neque *ineptum* fuiſſe admiſerint illi, ſuum olim domeſticum Hieronymum Seripandum, qui Concilio Trid. ſub Paulo III. interfuit Ampliſſimi Ordinis Eremit. S. Auguſtini Moderator generalis; poſt etiam Salernitanam Eccleſiam rexit Archiepiſcopus, tandemque adſcriptus ſacro Cardinalium Collegio, juſſus eſt à Pio IV. præſidere ipſi ſynodo Tridentinæ: quamquam ille jam antè ſi Pallavicino credimus *Concilio intervenerat tamquam Præſes eminentiâ poteſtatis ſeu valoris, cum ibi verſaretur quolibet Epiſcopo velut inferior, quatenus minor dignitate ſeu prælatura*: Virum hunc tantum ſciant illi Compilatorem fuiſſe illorum Canonum triginta, qui *de ſacramentis in genere, de Baptiſmo, de Confirmatione* extant ſeſs. 7. Neque hoc mihi dicant, compilatorem decreti ſeſſionis 14. *imperitum* ac *ineptum* convinci illa correctione, quam Decreto adhibuerunt Patres: certe enim

& Seripandi canones conſtat à Patribus caſtigatos fuiſſe ſane ſtrenue; *Tenor illorum*, inquit Pallivicinus, *fuit diſcuſſus valde & limatus, ita ut non reducerentur illi quidem ad formam omnino diverſam ab idea quam digeſſerat Seripandus, ſed in Congregatione generali habita illo die qui anteceſſit ſeſſionem, facta ſint* CORRECTIONES VIGINTI.

Sane verò quoniam & primæ decretorum Ideæ, ex conſultatione Patrum conceptæ ſunt, ut oſtendo Theſi 22. & compilatores non admiſit illa Majeſtas Concilii, niſi peritiſſimos, ſic legenda ſunt decreta, etiam illa, quæ correctionem ſubierunt, ut quoad fieri poterit, ineptiarum crimen effugiant & Patres, & Compilatores; neque, ut commodum videtur præjudiciis noſtris, ita illos fingamus *imperitos & ineptos* fuiſſe.

THESIS XIII.

Nihil nocuit cetera expunctio.

EXpuncta denique ex decreto voluerunt PP. verba illa, quibus *Attritio ſolùm concepta per conſiderationem turpitudinis peccati &c.* declarabatur *eſſe ſufficiens ad conſtitutionem hujus ſacramenti*. Tenendum hic illud eſt quod oſtendi theſi 11. voculâ *ſolum* ibi excludi aliud motivum, non verò conſortium alterius actus, amoris &c. Optant adverſarii, ut *eſſe ſufficiens ad conſtitutionem Sacramenti* tantundem ſit ac *eſſe proximè diſponens ad juſtificationem cum ſacramento*. Ego verò ipſis morem geram: do, planeque jubeo, ut phraſes illæ duæ ſint prorſus ſimiles ac gemellæ, ſi fieri poteſt: hoc illi cenſent expedire ſuis rationibus: ego meis. Fortaſſe illorum quiſpiam ſic argumentabitur: Concilium in decreto, ut nunc extat, cautè abſtinuit, ne diceret Attritionem amoris expertem, *eſſe ſufficientem ad conſtitutionem ſacramenti*: ergo non voluit definitum, diſponere illam proximè &c. Ego contra ſic argumentabor: Tridentinum, ut nunc extat, cum dicit Attritionem diſponere ad Dei gratiam in ſacramento impetrandam, agit de diſpoſitione proximâ, ut conſtat ex hiſtoriâ: ergo reipsâ definitum voluit, Attritionem de quâ loquitur eſſe ſufficientem ad conſtitutionem ſacramenti: cum phraſes illæ ſint ſynonymæ. Tridentinum agere de diſpoſitione proximâ aſſentitur mihi incunctanter Author diſſertationis dogmaticæ, non diſſentitur Author Quæſtionis Quodlibeticæ, imò iſtâ nixus veritate argumentatur adverſum nos: diſſentitur Author Xenij & Apologiæ pro Xenio; Ego verò oſtendo ex ipſâ hiſtoria Tridentini.

THESIS XIV.

Ut patet ex hiſtoria.

LIquet ex hiſtoria Patribus Tridentinis idem fuiſſe: *diſponere ad impetrandam gratiam in Sacramento* ac *diſponere proximè*: certè enim, ut fatentur adverſarii *diſponere proximè* &c. perinde eſt, ac *ſufficere ad conſtitutionem Sacramenti*: atqui ſi credimus Patribus Tridentinis etiam *diſponere ad impetrandam gratiam in Sacramento perinde eſt* ac *ſufficere ad Conſtitutionem Sacramenti*: ergo & *diſponere ad impetrandam gratiam in Sacramento* perinde eſt *ac diſponere proximè* &c. Minorem propoſitionem conficio ex hiſtoria: etenim in decreto ante correctionem illa Attritio quæ dicta erat *ſufficere ad conſtitutionem Sacramenti*, poſt pauca dicitur *diſponere ad impetrandam faciliùs gratiam Dei*: ergo Patribus ex quorum conſultatione conceptum erat decretum, ut palam fiet infra, idem erat ſufficere ad conſtitutionem Sacramenti, atque *diſponere ad impetrandam faciliùs gratiam Dei*. Quare cum eodem verbo *diſponere* pergant uti in decreto correcto, niſi quod rem eandem ſignificantiùs exprimant, liquet ex hiſtoria, in decreto, ut nunc extat, agi de diſpoſitione proxima: nihil ergo incommodi ad nos pervenit ex omiſſione horum verborum, *Eſt ſufficiens ad conſtitutionem Sacramenti*, cùm reliquerint ea quæ his cenſebant ſynonyma. Si quæſieris cur illa ſint omiſſa, habemus in promptu cauſam idoneam: ſed noſtrâ nihilo plus intereſt quam tuâ.

Confirmatio Theſis 13. 14.

MItto parerga quibus nos inſtimulat Author vindi. tanquam aſſeramus, decreto Concilii correcta comprobari, expuncta comprehendi, reformata decidi, alia permulta de Academicis, *& nigris nivibus* &c. quædam perſtrinxi ad Theſim 7. hæc ille plebi, & indoctis dare voluit: unum arripio, in quo ſucci aliquid videri poteſt ineſſe.

De qua, inquit, *attritione ſermonem fuiſſe exiſtimans in pſeudo decreto? ſervili, an conjunctâ alicui ſaltem amori? Si primum, ſuam doctrinam reformatam intelligenti. ſi ſecundum, quantò magis id ipſum dicendum eſt?*

Agit mecum hoc loco liberaliter, optionem præbens, niſi tamen præbeat cedens iis, quæ diſſerui Theſi 11. ego vero aio, oſtendique illa Theſi, ſermonem in Pſeudo decreto fuiſſe de Attritione conjunctâ alicui amori: nego verò conſequens eſſe, ut noſtra de Attritione doctrina ſit *reformata*: non agebatur in pſeudo decreto de doctrina noſtra, ut mihi vel concedit, vel diſſimulat Adverſarius: non ergo correctione decreti factum

eſt ut ſit *reformata* doctrina noſtra.

At, inquies, Patres ne hoc quidem reſidere voluerunt in decreto, ſufficere Attritionem, cui eſt conjunctus amor; credine ergo poteſt definitum voluiſſe eoſdem, ſufficere Attritionem, cui nullus eſt conjunctus amor? uno verò poteſt, debetque ideo illud reſidere noluerunt, quia parum erat: generalius quiddam definitum voluerunt de vi Attritionis etiam nullo imbutę, aut comitatæ amore; & vero definierunt ut jam ſæpe alibi oſtenſum eſt.

Unum torquet adverſarios, quid ergo Patres ejectam voluerint ex decreto phraſim illam; *ſufficit ad conſtitutionem Sacramenti*. At verò perridiculum eſt, ſi quæ vox, aut phraſis ejecta eſt, exclamare illico rem ipſam eſſe abolitam. Sublatum eſt è decreto epitheton Attritionis *ſervilis*: nullamne cenſes relictam mentionem attritionis, quam appellas *ſervilem*? atqui certum eſſe oportet etiam adverſariis relictam eſſe; inſpiciantur ea quæ diſſerui Theſi 12. Similiter ſublata ſunt hæc, *illa contritio, quam Theologi vocant Attritionem*, nullane ſupereſt mentio contritionis quę Theologis attritio dicitur? ſublatum eſt *veriſſimus*, ubi attritio dicebatur *impulſus veriſſimus Spiritus Sancti*: an ſuſpicabimur *falſum* eſſe impulſum Spiritus Sancti de quo meminit decretum, ut nunc extat?

Si quæ vox, ſi quę dictio eſt expuncta, hoc videndum, nullane ſit relicta, aut ſubrogata alia, quæ vim habeat ſignificandi rem eandem? ſi nullam ejuſmodi inveneris, tum verò exclama, rem abolitam. Sic ego animadverto eliminatam è decreto eſſe dictionem parentheticam, *cum non poſſit eſſe ſine aliquo motu amoris erga Deum*, quæ dictio, ut oſtendi Theſi 8. plane vim habebat ſignificandi neceſſitatem amoris. Quæro toto decreto, num quæ ſuperſit alia phraſis, quæ vim illam habeat: nullam invenio, ac ne veſtigium quidem, aut umbram. Liberè igitur pronuntio rem ſignificatam illa dictione eſſe abolitam.

Animadverto ſimiliter eraſam eſſe phraſim quâ Attritio dicebatur, *eſſe ſufficiens ad conſtitutionem Sacramenti*: at luſtrans decretum, alia invenio, quæ vim habeant eandem, ac forſaſſe majorem, quam habeat illud *ſufficiens ad conſtitutionem &c.* Namque imprimis dicitur contritio *pars Sacramenti*, unà cum confeſſione & ſatisfactione *in pœnitente ad integritatem ſacramenti requiſita*: tum vero *hæc Contritio &c.* dicitur aliàs *perfecta*, aliàs *imperfecta, quæ ex turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennæ & pœnarum metu communiter concipitur*. Quid opus eſt pluribus? Hic teneo vim omnem quam habet phraſis expuncta: Contritio imperfecta, quam deſcribit Decretum, illa eſt, de cujus vi diſputatur, ut fatetur Adverſarius: illa eadem eſt *hæc contritio*, quæ in decreto pars Sacramenti dicitur unà cum confeſſione & ſatiſ-

factione

factione *requiſita ad integritatem*, quod ille negat incredibiliter: ſed non vacat immorari.

Sunt alia in Decreto vim habentia eandem, ſed actum jam ſæpius ab aliis non agam. Libuit tamen hac Theſi 14. etiam ex hiſtoriâ oſtendere vim eandem ex mente Patrum ineſſe in ea phraſi, qua dicitur Attritio *diſponere ad Dei gratiam in Sacramento pœnitentiæ impetrandam.*

At inquit Author vind. *quidquid intenderit imperitus compilator, alia eſt ſignificatio vocis ſufficere, alia vocis* DISPONERE. at primum quidem ſit memor, pro eodem ſe habuiſſe hæc; *diſponere proxime*, & *ſufficere*: quod ego ut mihi commodum, ſumpſi oblatum ab ipſo. Tum verò conſideret in Decreto veteri ex conſultatione Patrum concepto, verbum *diſponere*, ex illorum mente, deſignare diſpoſitionem proximam. Quod manifeſtum eſt ex Decreti contextu; neque hic *imperitiam* agnoſcat aut Patrum, aut compilatoris (parum digna cogitatio concilii ipſius majeſtate, ut oſtendi ad Theſim 12.) Quid enim uſitatius, quam vocem, quæ eſt apta ut ſignificet minus, magiſve amplè, aut plene, ſic adhiberi, ut ex mente loquentis ſignificet amplè potius, & plenè, quam minus ample? occidere hominem is quoque dicitur, qui juſſit, qui juvit occidentem: attamen ex mente loquentis, ille deſignatur ſæpius, qui totum in ſe facinus admiſit. Sic aio in decreto veteri, nullo imperitiæ dedecore, ex mente Patrum, & Compilatoris, verbo *diſponere* deſignari diſpoſitionem amplam, plenam, proximam. Hanc illi vocis notionem gerebant animo impreſſam, ut liquet ex decreto ipſo: quoniam verò vocem illam in decreto reliquerunt, intelligat adverſarius, in decreto ut nunc extat verbo *diſponere* ex mente Patrum deſignari diſpoſitionem proximam: tum denique, niſi pœniteat aſſertæ Synonymiæ harum dictionum *diſponere proxime* & *ſufficere ad conſtitutionem ſacramenti*, fateatur rectè concluſum eſſe in Theſi.

THESIS XV.

Cauſa mutandi decretum non nocet.

Cauſa mutandi decretum videbitur ſanè adverſari nobis graviter. Etenim Epiſcopus Tudetanus intercedens ne decretum confirmaretur, hæc cauſatus eſt: *quod erat falſum: vix poſſe eſſe talem dolorem ſine amore: & quod circa ſufficientiam Attritionis ad conſtitutionem Sacramenti, ita ut attrito remittantur peccata in virtute abſolutionis ſupervenientis, erant variæ ſententiæ Authorum, adeòque deberet tolli.* Unde inquit Pallavicinus *decretum ſuit reformatum &c.* Priorem ex duabus rationem nihil obeſſe nobis, quilibet per ſe videt:

imò favere nobis conſtat ex iis quæ ad parentheſim eliminatam à PP. adnotavimus. Ne quidem adverſari rationem poſteriorem ut intelligas, diſce ex hiſtoriâ Trid. Tudetam eam fuiſſe ſententiam, ut putarit non juſtificare Sacramentum ſine Contritione perfectâ: ſuam verò hanc ſententiam Epiſcopus volebat immunem à cenſurâ, cauſatus diverſas opiniones Theologorum in eâ quæſtione, an ulli homini ſolùm attrito remitterentur peccata virtute abſolutionis: cum enim bis faciat mentionem Attritionis, eſt utraque Attritionis in toto genere ſpectatæ; neque enim reſtringit expreſsè ad eam Attritionem, quæ eſt ſine amore, neque eſt quidquam quod ſuadeat tacitè reſtrinxiſſe. Quarè nequidem adducor, ut credam, poſteriori ratione motos fuiſſe PP. ut decretum mutarent, neque hoc omnino poſtulant verba Hiſtorici: dubitari non poteſt quin alias aliáſque ob cauſas, quas alii ſuggeſſerunt, & brevitatis ſtudio tacet Hiſtoricus, tam varia decreti mutatio ſit facta.

Confirmatio Theſis 15.

VIdit adverſarius parum belle ſe ſtare in hac cauſa, niſi vindicaret a cenſura ſententiam Tudetani de neceſſitate Contritionis perfectæ in Sacramento: nec mirum, qui ſuæ Attritionis certum diſcrimen à Contritione perfecta, neque explicavit ad hunc diem, neque explicabit unquam, affixus neceſſitati amoris efficacis ſuper omnia, quem imperfectum vocat.

Id ergo quod defenſionis loco ſumebam, hoc egiſſe Tudetanum poſteriori ratione expreſsâ in Theſi ne damnaretur ſententia ſua, de neceſſitate Contritionis perfectæ, aſſentitur mihi: tum infert, ne quidem contra Tudetanum eſſe definitum; multo minus contra ſe. Videt, credo, lector, quò rès ſerpat: ſpes eſt revicturam ſententiam Tudetani. Eſt illa quidem *non uſquequaque vera: non eſt tamen credibile, eſſe damnatam: eſt opinio antiquorum: propugnata poſt Tridentinum* â non paucis &c. Sic illi circumrodunt, voraturi cum maturius videbitur.

Eſſe enimverò definitum contra Tudetanum, probant ea omnia, quæ in hac Controverſia moliti adhuc ſumus, ſeu ex Concilio, ſeu ex hiſtoria Concilii, ſed & levis momenti ſunt ea, quibus Tudetano ſtudet Author Vindiciarum.

Primum quidem cauſatur *Decretum reformatum eſſe, inſtante Tudetano, uti que ne officeret ejus Doctrina*: ego verò nego reformatum eſſe, ne officeret &c. Repugnare me dicit hiſtorico, qui admonitionem Tudetani ſic excipit: *unde Decretum fuit reformatum, ut nunc extat*. Aſt ego aio injuriam fieri Eminentiſſimo Cardinali, ſi particulam *unde* ſic amplè accipiat, ut nihil dixerit Tudetanus, quod cauſam non dederit correctioni Decreti, nulla-

nullaque Decreti correctio facta ſit, cui cauſam non dederit Tudetanus: Evidens eſt inſpicienti Decretum, ut nunc extat, non pauca Decreto veteri eſſe dempta, plura etiam eſſe addita, ad quæ rationes Tudetani non porrigebant ſeſe. Dempta; *ſervilis*, *ſolum*, aliaque: addita; *cum ſpe veniæ: per ſe ad juſtificationem perducere peccatorem nequit*, & his plura: Cauſamne præbuit ratio Tudetani? iſtud ergo hiſtorici; *unde Decretum fuit reformatum, ut nunc extat*, ſicuti non poſtulat mutationem omnem adſcribi Tudetano; ita neque rationem omnem Tudetani fuiſſe efficacem. Non eſt inauditum in Conciliis dicta aut recitata ſententia, Patribus placuiſſe rem ipſam; ratione quapiam nihil motos eſſe. obvia ſunt exempla: ſed & incredibile eſt, quod ſibi fingere videntur illi, hoc velle hiſtoricum, ut ſolus Tudetanus cauſam dederit mutationi Decreti, neque in illo ſapientiſſimo cœtu alii aliique ſuggeſſerint, quid demi, quid addi placeret, ſuas quiſque ob cauſas. Imo factum id eſſe evidenter oſtendit omnis ea Decreti mutatio, quam ne attigit quidem Tudetanus, ut docent exempla, quæ modo proferebam.

Urget Adverſarius, id quod Pallavicinus narrat, vix fuiſſe litem, an Contritione perfectâ eſſet opus: ſineret damnari Tudetanus Doctrinam ſuam ſine contradictione? facilis reſponſio: vix fuit lis, quia unus illam movit Tudetanus, unus contradixit.

Abdit ſe denique in omnem retro antiquitatem Scholaſticorum, qui bene multi docuerint opus eſſe in Sacramento Contritione perfectâ. Tannerum appellat, affirmantem ita docuiſſe Hugonem & Richardum Victor: Alenſem, Altiſidiorenſem, Bonav. Argent. Gab. Marſil. Abul. Medin. Adrian. Gandav. Ferrarienſ. Caiet. Petrum Sotum: *eſtne credibile, Patres Tridentinos hanc opinionem antiquorum voluiſſe damnare, vel certe ignoraſſe?* atqui, ut narrat Pallavicinus, ſolorum Caietani & Adriani authoritas fecit, ne confirmarent quemdam Canonem adverſus eos conceptum; *qui negarent contritione &c. cum propoſito confitendi, & ſatisfaciendi, remitti peccata.*

Volupe eſt lectori, ſi inciderit in Authorem accuratum, citantem diſtincte, exprimentem diſertè, quid, ubi quiſque dixerit, nihil diſſimulantem: longum erat Adverſario adire tam multos, uſus eſt opera, & fide Tanneri. Nihil ſuccenſeo: parcam & ego labori. At ſaltem Tanneri locum iſtum legere oportebat non feſtinanter, ubi agebatur authoritas tam multorum.

Primum quidem, quid ita miſcuit cæteris Gandavenſem, Ferrarienſem, & Caietanum, quaſi paria cæteris ſenſiſſent, ipſique adeo Tudetano? Docuerunt illi, ſi Tannero credimus D.6. de Pœnit. q. 6. dub. 4. non ad ſacramentum, ſed ad juſtificationem opus eſſe Contritione, *ſaltem quæ vi ipſius Sacramenti in ſuſcipiente exiſtet, ita ut proinde*

ut proinde ſacramentum hoc digne ſuſceptum, ex attrito faciat contritum, non tantum quoad effectum, ſed etiam formaliter: ad uſum, ſeu praxim fidelium nihil faciebat iſta ſententia: diſtabat ab illa Tudetani longiſſimè: quid ergo pertinebant ad hunc locum illi Authores?

Pergamus: monet ibidem Tannerus Authores cæteros omnes modo nominatos, excepto Adriano, & Petro Soto (quibus ſubſtitue omiſſos ab adverſario Magiſtrum & Majorem) *omnes*, inquam, *ſimul negare, poteſtatem clavium extendi ad remiſſionem peccati mortalis reipſa conferendam.* Hæc, inquam, Tannerus: cui me jubet adverſarius credere de illis Authoribus. Suis ergo illum verbis interrogo: *eſtne credibile Patres Tridentinos hanc opinionem antiquorum voluiſſe damnare?* Damnarunt ſeſſ. 14. Can. 3 de Pœn. Inani igitur argumento eſt uſus.

THESIS XVI.

Judicium Hiſtorici

HActenus hiſtoria Tridentina ſic uſus ſum, ut nuſquam ſit offenſus Scriptor ipſe Hiſtoricus: vereris ut cætera poſſim exequi ſine offenſione: ego verò in eo quod promiſi, ſto maneoque; in re ad hiſtoriam pertinente, certum eſt ſequi authoritatem Hiſtorici. At ille eodem cap. 10, ſic pronuntiat; *Es verè quantum colligo ex actis, intentio Theologorum fuit, condemnare opinionem hæreticorum, qui improbabant, ut malum, timorem pœnæ, & non decidere quæſtionem ſcholaſticam, an talis timor, non conjunctus contritione perfecta (de quo vix fuit lis, ut videbitur) ſed etiam ſine ulla excitatione amoris imperfecti, ſufficiat ad remiſſionem peccati in ſacramento.* Hæc inquam ille pronuntiat, judicat, *colligit*; nullam rem quæ ſit pars Hiſtoriæ narrat. Quare ut eo jure faciam ſi diſſentiar hoc loco Cardinali Pallavicino, ut ſoleo Cardinali Toleto, Card. Bellarmino, Card. de Lugo, ubi non agitur fides ipſorum, ſed conſequentia, concluſio, *collectio*, & parum firma videntur argumenta unde colligunt: non diſſentior hic Hiſtorico, aut narranti; ſed alii judicanti, & colligenti haud ſatis aptè.

THESIS XVII.

Parum apta collectio.

ETenim diffiteri nemo poteſt parum aptam eſſe collectionem ſi colligas ex iis, quæ proxime retulerat ex actis: deſcripſerat ſententias haud plures quinque Theologorum minorum, quas judicabat favere opinioni ſuæ de neceſſitate dilectionis: etſi reipſa nulla faveat apertè: ſi quæ

ſunt

ſatis exprimat dilectionem benevolentiæ, incertum eſt, an perfectam, an imperfectam: imò perfectam non obſcurè petit una ex illis. Tum verò continuò ſic colligit; *Et verè quantum colligo ex actis, intentio Theologorum fuit... non decidere quæſtionem ſcholaſticam &c.* Mirum eſt non collegiſſe potiùs, voluiſſe Theologos decidere pro neceſſitate dilectionis: quamquam & infirma fuiſſet iſta collectio, ut per ſe patet. Dices ergo habuiſſe alia ex actis, unde ſic colligeret: nemo cordatus credat. Manifeſtum eſt perlegenti caput illud decimum, hoc ibi agere ſcriptorem totis viribus, ut à ſententia ſua de neceſſitate dilectionis deteſtetur eam invidiam, quam ex doctrina Concilii concitarant doctiſſimi Collegæ cum in Romano Gymnaſio verſaretur, de quo mihi conſtat. Hoc eſt quod tam operosè incumbit potiſſimùm in c. 4 ſeſſ. 14. cum reliqua capita ſeſſionis ſic prætervolet, ut verbis ipſis Concilii verbum nullum ex actis adjungat. Poſt hæc quis credat habuiſſe quidem ex actis noluiſſe tamen proferre magis opportuna unde ſic colligeret &c.

Confirmatio Theſis 16. 17.

ADhæc Author vind. *cæterum*, inquit *collectionem hiſtorici fuiſſe aptiſſimam, evidenter oſtendere ſumus parati.* Primum quæro unde cenſeat collegiſſe hiſtoricum? ex iiſne, quæ proximè retulerat? ex Actis? Adeſtote ergo Dialectici, genus audituri novum Demonſtrationis, quo fiat evidens hęc conſequentia. *Quinque Theologi minores judicarunt pro neceſſitate amoris in ſacramento: ergo intentio Theologorum non fuit decidere quæſtionem ſcholaſticam, an ſufficiat Attritio ſine amore nec ne.* Quid eſt deciſio Theologorum niſi judicium Theologorum? Quid verò deciſio quæſtionis ſcholaſticæ, an ſufficiat Attritio ſine amore, niſi judicium de ſufficientia, vel contrà? poteſtne vero ſpes eſſe demonſtrandi hanc conſequentiam; *Theologi quinque judicarunt, non ſufficere Attritionem ſine amore: ergo intentio Theologorum non fuit judicare, an ſufficeret, nec ne?* Hanc illi collectionem eſſe aptiſſimam oſtendent evidenter? commentatione opus erit pervigilata.

Imo neceſſe eſt ut ſentiant habuiſſe hiſtoricum ex actis magis idonea, unde ſic colligeret, quæ tamen proferre noluerit: hoc verò quam habeat veri ſpeciem, intelliget ex Theſi æquus Lector, quem rogo ne deſpiciat, ut temere injectam, clauſulam hanc; *de quo mihi conſtat.* Potuiſſē ampliorem adhibere, & patentem ad plura; cohabitavi viro; ſenſum illius omnem præclarè diſcere potui, cum ex ipſo, tum ex Magiſtris meis, qui illum habuerant collegam paulo ante: & vero didici. Hoc mihi credi velim, ſuam illam de Attritione doctrinam in Theologia ipſum adamaſſe, ut ſolent homines in annulo gemmam: nihil addam ſpecialius: poſſem

poſſem quidem; fortaſſe haud expedit. Satis momenti puto hæc habere, ut perſuadeant, non eſſe veriſimile, hiſtoricum potuiſſe quidquam ex Actis, quo gemmam illam ſuam poſſet munire, ac firmare; ut etiam commendari oporteat vehementer communem doctrinam de Attritione, contra quam ex Actis Concilii non invênit efficaciora Adverſarius tam ſtrenuus, veſtigator tam diligens.

THESIS XVIII.

Fulcimentum collectionis.

VIdit Author ipſe poſtea, vel certè vidit ejus Interpres latinus collectionem debilem eſſe factam: fulcienda ergo fuit, in editione latina, ſubnexa lacinia, quam in hiſtoria Italica non invenies. Author ipſe italicè ſcribens poſt illam periodum *& vero, quantum colligo ex ſilentio Theologorum fuit* &c. relictis Theologis continuò progreditur ad Patres: at verò Interpres latinus, ſi non fallunt ſuperæ quatuor paginæ, collectionem iſtam ſic fulcit: *Id verò clarè liquet ex ipſâ probatione Concilii, quâ hujus articuli doctrinam firmat cap. 4 nimirum Ninivitarum pœnitentiam ex timore profectam ipſis profuiſſe, cum certum eſſet eo tempore, quo ſacramentum pœnitentiæ adhuc non exſtabat, eam formidoloſam pœnitentiam minimè ſufficiſſe &c.* Vix adducor ut credam mandato authoris adhibitum eſſe iſtud fulcimenti genus: credam incautè relictum ex priori quadam verſione quam conſtat diſplicuiſſe: quid enim? collegerat author minores Theologos noluiſſe decidere quæſtionem, an ſufficeret Attritio ſine amore, nec ne: & mox *id verò*, inquit Interpres, *clarè liquet ex ipſa probatione concilii*; utentis ſcilicet exemplo pœnitentiæ Ninivitarum, in qua opus fuerit amore. Hinccine iſtud conficias, noluiſſe minores Theol. decidere quæſtionem, an ſufficiat Attritio ſine amore, nec ne ſufficiat? conficeres verò voluiſſe Theologos decidere quæſtionem, & pronuntiare pro neceſſitate amoris, non cujuſcumque, ſed perfecti, quo erat opus Ninivitis: quamquam & iſtud ſi conficere conareris non uno vitio diſpliceres omnibus.

Confirmatio Theſis 18.

O Locum difficilem, ac ſalebroſum! nulla valebit expedire ratio, aut oratio; ſi quantum viri incutere metum conantur, tantus in virum cadat. Theſi 18. ſi credimus, commiſſum eſt facinus, admiſſum dedecus incredibile. Hoc Author Vindiciarum in ipſo exordio intentat,

tat, tamquam in primo congreſſu protelaturus telo validiſſimo: hoc idem ad calcem vindiciarum exagitat: hoc denique ſuperioribus diebus jactatum eſt in vulgus, celebratumque, ut ſumma victoriæ. Attende quæſo mi Lector: ſi oſtendero præcipuam glorationis materiam vix eſſe dignam anili fabulâ, conjecturam fac de ceteris.

Habet Bibliotheca noſtra Hiſtoriam Concilii Tridentini Italico idiomate, quo eſt ab authore ſcripta, typis editam Romæ anno 1656. quæ fuit editio prima, ut fatetur pars adverſaria: huic hiſtoriæ deeſt, vel potius abeſt illa lacinia, de qua eſt menſio in Theſi: invenitur illa in hiſtoria Italica poſterioris cujuſdam editionis, uti & in hiſtoria editionis latinæ Plantinianæ. Porro laciniam eo omnino poſteriùs attextam eſſe, ut fulciret collectionem hiſtorici, quam tractamus, certum eſt, & convenit; certum eſt non minus, fulcimentum eſſe nullum, ut patebit conſideranti Theſim, moxque declarabitur. His poſitis oſtendam 1. nihil contra veritatem peccatum eſſe in Theſi. Oſtendam 2. ſi quid peccatum eſt non eſſe peccatum in Adverſarios, ſed in me meoſque: idque, in quo gloriantur illi, ipſis adverſariis nobis prodeſſe plurimum, atque omnino glorationem eſſe haud dignam viris.

Dixi *vidiſſe Authorem ipſum poſtea, vel certe vidiſſe ejus interpretem, nihil bonem debilem eſſe factam*: in disjunctiva nequit eſſe illud peccatum, quod illi jactant.

Dixi collectionem fuiſſe fulciendam in editione latina, ſubnexa lacinia: an non fuit? an non eſt adhibitum fulcimentum in editione latina?

Dixi, *laciniam in hiſtoria italica non inveniendam*: en crimen, en cauſa: habeo, exhibeoque hiſtoriam Italicam in qua non invenies laciniam iſtam: num falſus fui cum dixi, *in hiſtoria Italica non invenies*? Hiſtoria Italica niſi fallor eſt liber Hiſtoricus ſcriptus Italicè: locutus ſum de *Hiſtoria* indefinitè: hac in re criminteris malignitatem naturam vocula *non*: hanc poſtulat locus *Hiſtoria*. His ſic poſitis, poſtulatne veritas dicti mei, ut in nullo libro, ſeu codice Hiſtorico Pallavicini Italico inveniatur illa lacinia? conſulantur Dialectici.

Dixi, *denique abditum in ordine, mandatu Authoris, nihil eſſe illud fulcimenti genus* tum vero rediviva, inquam, *inſtante nihilum ex priori quadam verſione, quàm conſtat diſplicuiſſe*. Hic exultat Author vind. *Lucet* VERITAS, *ardet* CARITAS *quâ textui Pallavicini, quo* VERITATIS, & CARITATIS *cauſa tractabatur, aſſutam fuiſſe ab Interprete laciniam, non eſt* VERITAS, *non eſt* CARITAS. Feſtivè! quamquam tamen haud ſatis percipio vim propoſitionis cauſalis: ſed non moretur nos ſcrupulus in hujuſmodi exercitatiunculâ.

Nuſpiam affirmavi ego, laciniam aſſutam ab interprete: imò cum dixi; VIX adducor, ut credam mandato Authoris adhibitum &c. is qui vim novit particulæ *vix*, intelligit me, etſi ægre, adduci tamen, ut credam, mandato Authoris adhibitam eſſe: neque iſtud quod ſubdo; *credam incaute rejicium* &c. eſt omnino jam credentis: intereſt enim inter hæc *credam* & *cred*. Eſt verò iſtud *credam*, conantis credere, etſi adhuc non credat. Intelligit hæc quiſquis tenet conſuetudinem loquendi humanam. Neque cum induco mox interpretem loquentem, aut fulcientem, nego fuiſſe: aut paria locutum uſpiam lingua ſua Hiſtoricum. Conſtant ergo ſibi reipſa Theſeos apices omnes.

Age vero etiam peccatum à nobis confiteamur aliquid: non illud contra Veritatem, ut jam patuit, ac ne illud quidem de quo me purgare debeam Adverſariis, ſed de quo mihi ſuccenſere poſſint mearum partium Theologi. Sic prorſus, nullà diſiunctione adhibitâ, amplè atque clarè inchoanda erat Theſis: *vidit Author ipſe poſtea, collectionem debilem eſſe factam: fulcienda ergo fuit &c.* cauſæ noſtræ intererat Authorem ipſum potius, quà interpretem id vidiſſe. Aſt ego animadvertens fulcimentum adhibitum eſſe ſtramineum, videbar mihi injuriam facturus Authori Hiſtoriæ, ſi ipſi tribuerem abſolutè quod pertinere poterat ad Authorem improbatæ verſionis, qui jam inde à principio ſcriptionis, chartas ſingulas Hiſtorici habuit in manibus, vertitque: uſus ergo ſum disjunctione, *vidit Author vel interpres &c.*

Quoniam verò illo metu me jubent eſſe liberum Adverſarii, dicamus fidentius: Vidit Author ipſe Hiſtoriæ collectionem debilem factam eſſe, fulciendam judicavit attextâ laciniâ in poſteriori editione: ſine hac non fidebat collectioni ſuæ: Quid enim alioqui operę pretium habebat adlegere argumentum ſanè vulgare, minimèque reconditum illud, petitum ex decreto, de timore & pœnitentia Ninivitarum? fuit ergo reipsâ collectio debilis, fuit parum apta, quod intendebam Theſi 17. Videſne ipſius Hiſtorici judicio juvari cauſam meam, ſi Author laciniæ ſit ipſe potius, quàm improbatus Interpres? Videſne quàm dignâ viris gloriatione exultarint Adverſarii? Aſt negligenter egi, qui non adnotarim, laciniam adhibitam quoque in Hiſtoria Italica editionis poſterioris. Demus vero; quid id tuâ refert? mihi negligens fui, non tibi. Hic profectò iſtud quadrat ex epiſtola Hieronymi ad Pammachium. *ſi egeris negligenter, & caſu aliqua tranſieris, ſtatim ille clamabit, & ducet, hîc hic te victum teneo: hîc totius negotii cardo verſatur..... qui inimicus eſt, etiam in ſcirpo nodum quærit.*

Poſtremò tangamus & illud, quod aiunt: *collectionis fulcimentum fuiſſe aptiſſimum, evidenter oſtendere ſumus parati.* Huc animum accommoda: demon-

ſtrabunt

ſtrabunt illi hanc conſequentiam: *Concilium Tridentinum probat timorem, ſeu Attritionem ex timore eſſe bonam, quia Niniuitis ad peccati remiſſionem profuit pœnitentia ex timore, neque id tamen ſine amore: ergo Theologi Tridentini noluerunt decidere quæſtionem Scholaſticam: an ſufficiat, nec ne, Attritio ſine amore.* næ illos, hanc conſequentiam ubi demonſtrarint, æquum erit immolare Hecatomben Pythagoricam.

THESIS XIX.

Diſſenſio opinionum in concilio ante definitionem.

TEmperabo mihi ne quid dicam liberiùs in virum communis mecum inſtituti, tum vero omnibus nominibus, familiæ, eruditionis, virtutis, tandemque etiam Eminentiſſimi Ordinis ſummè obſervandum & colendum: attamen hoc certè ægrè feret nemo, ſi vel doleam, vel mirer unum hoc: præfabatur illo cap. 10 n. 23. grande volumen exiturum, ſi referre vellet omnes, quæ dictæ eſſent ſententiæ, quæ productæ authoritates à majoribus minoribuſque Theologis: fuiſſe ibi auditum quicquid habent eximii controverſiarum authores: denique adnotaturum ſe ſingularia quædam: *quibus palam fiant ſeu diſſenſiones in deliberationibus ante deciſionem, ſeu Patrum mens in aliquo decreto.* Tum vero proximè non niſi quinque profert minorum Theologorum ſententias, concordes omnes, ut videbatur, de neceſſitate dilectionis: addit Patres omnino duos. Granatenſem quidem qui neceſſitatem dilectionis viſus ſit repudiare, Iudetanum vero qui affirmarit neceſſitatem contritionis perfectæ in Sacramento: expectabam equidem ex penu ſententiarum tam vaſtâ inſtructâ quæ omni ditiore ſupellectili controverſiarum in hac materia plus aliquid, *quæ palam fierent, diſſenſiones in deliberationibus ante deciſionem:* Hæc ergo vel dolens, vel mirans prætermitto.

THESIS XX.

Altera pars hiſtoriæ ſeſſ. 14.

SUpereſt locus ille in quo expectas, ut mihi ſit fugienda ex arena, in quam lubens deſcendi, hoc eſt ex ipſa Hiſtoria Tridentina: ego vero confirmo non relaturum me pedem ex hiſtoria: nitar ipſa hiſtoria conſtanter: hanc mihi legem fixi. Pallavicinus poſt collectionem illam de mente

Theo-

Theologorum minorum, qui noluerint decidere quæſtionem ſcholaſticam, an attritio ſine amore ſufficiat in Sacramento, nec ne; proximè hæc ſubdit: *In congregatione Patrum pauci tetigerunt hoc punctum: ſolum inventi aliquod veſtigium opinionis, quod non ſit neceſſarius amor, in voto Archiepiſcopi Granatenſis: ubi Joannes Æmilianus Hiſpanus Epiſcopus Tudetanus ſuſtinuit alteram extremam ſententiam, quod eſſet neceſſaria Contritio perfecta.* Hic verò exclamant, inopem authoritatis Tridentinorum Patrum oſtendi doctrinam hodie communem de attritione ſine amore, ſolum inventum eſſe Granatenſem, qui faveret: de hoc mox videro: in præſentia affirmo, non ſolùm inopem, ſed penitus vacuam authoritatis Tridentinarum P. P. iſto loco relinqui doctrinam adverſariæ Partis.

THESIS XXI.

Sententia adverſæ partis deſtituta authoritate Patrum Tridentinorum in hiſtoria.

ACcipiamus auſpicio bono, quod offert hiſtoria: inventus eſt è PP. Trident. Archiepiſcopus Granatenſis, qui viſus eſt negare neceſſarium amorem; inveniant mihi viciſſim adverſarii in hiſtoria Tridentina unum ſaltem è Patribus, qui veſtigium aliquod dederit opinionis de neceſſitate amoris controverſi in Attritione. Cui dubium eſſe poteſt, quin hoc egerit Pallavicinus diligenter, ut ſuæ ſententiæ Patronum inveniret è Patribus unum ſaltem? Hoc ſatagebat illo loco, ne opinioni ſuæ videretur repugnare Concilium: hoc impulit ut congereret ſententias Theologorum minorum, quas favere ſibi judicabat: idem ille non quæſierit diligenter ſententias PP. ſibi faventes in quibus plus ponderis erat futurum quam in illis? Atqui nullam penitus produxit: exiſtiment ergo Sapientes, an ſit veriſimile inveniſſe ullam. Imò, inquis, pro neceſſitate amoris producit Tudetanum; hoc verò me confirmat, ut credam, nullum inveniſſe idoneum ſibi; Tudetanus neceſſitatem adſtruens Contritionis perfectæ in Sacramento, condemnat utramque partem hodie confligentem de Attritione, parti utrique Tudetanum, neutri ergo eſt Patronus.

THESIS XXII.

An pauci Patres Tridentini tetigerint controverſiam hodiernam.

HÆret Scrupulus ex verbis illis: *In congregatione Patrum pauci tetigerunt hoc punctum*; an ſcilicet in Sacramento ſufficiat Attritio ſine amore nec ne: Scrupulum hunc neceſſe eſt hærere etiam adverſariis: quippe qui adhuc ſtrenuè pro ſe uſi ſint cap. 4 ſeſſ. 14. cujus hic hiſtoriam tractamus: diſpiciant ergo mecum de eruendo Scrupulo. Dicent patere ſibi reſpectum ad ſeſſ. 6. at illum quoque Hiſtoria ademit ac præcidit penitus, ut liquet ex Theſi 3. & 10. Ego vero hanc viam ineo. Authoritate ipsâ nixus hiſtoriæ Trid. affirmo, decretum illud poſtea reformatum, quod deſcripſi Theſi 7. conceptum fuiſſe ex conſultatione PP. quia ut habet Hiſtoria eodem cap. 10. n. 28. paulo poſt decretum illud, Pontificis Legatus in quadam Congreg. gen. habita 5. Nov. cum hortaretur Patres ut vellent breves eſſe, modumque brevitatis hunc proponeret, ut ex cenſuris, & annotationibus Theologorum conciperentur canones, & decreta offerenda, ac ſubijcienda judicio Patrum; fortiter contradixit Granatenſis affirmans, plura quandoque meliùs animadverti à Patribus, quam inferioribus Theologis: tandemque prævaluit ejus ſententia, ne ullius decreti forma, ſeu idea conciperetur, niſi ex prævia conſultatione PP. ex qua narratione liquet decretum illud, quod retuli Theſi 7. ſeu cenſeas ante hanc congregationem conceptum, ſeu poſt, non eſſe conceptum, niſi ex conſultatione Patrum.

THESIS XXIII.

Liquet ex Hiſtoria Trid. non paucos Patres tetigiſſe Controverſiam

RUrſus ergo ipsâ nixus authoritate Hiſtoriæ Trid. tam expreſſà & diſertâ affirmo Patres conſultaſſe, *an Attritio ſolum concepta per conſiderationem turpitudinis peccati, vel per timorem gehennæ, ſit ſufficiens ad conſtitutionem hujus Sacramenti*: item, *an tali Attritioni pœnitens adjutus (cum vix poſſit eſſe ſine aliquo motu amoris erga Deum) ſibi faciat viam ad juſtitiam, & per ipſam ſe diſponat &c.* has enim quæſtiones decidit illud decretum conceptum ex conſultatione Patrum, ut jam patuit. Quare ipsâ nixus authoritate Hiſtoriæ

 Trid.

Trid. affirmo denique, Patres non paucos tetigiſſe punctum iſtud, an in Sacramento ſufficiat Attritio ſine amore, nec ne: de hoc enim puncto conſultaverunt illi Patres omnes, qui interfuerunt in eâ congregatione in quâ conſultatum fuit de concipiendo iſto decreto, ut nihil dicam de ea in quâ decretum emendari juſſum eſt: quia vel cenſes, quod adverſarii mallent, in decreto illo ſermonem eſſe de Attritione ſine amore; & liquido ſequitur Patres conſultantes de concipiendo decreto, conſultaſſe, an Attritio ſine amore *ſit ſufficiens ad conſtitutionem ſacramenti*, hoc eſt, ut adverſarii volunt, *proximè diſponens ad juſtificationem cum ſacramento*: vel cenſes, id quod eſt verius, ſermonem in decreto eſſe de Attritione, cui eſt conjunctus amor, cumque doceat decretum eam *eſſe ſufficientem* &c. & *facere viam ad juſtitiam, eam vix poſſe eſſe ſine aliquo motu amoris*, adeòque non facere viam, ſi abſit amoris motus; ſequitur haud minus liquido, eoſdem Patres omnes conſultantes de decreto, conſultaſſe de eodem puncto: ergo non pauci quidam Patres tetigêre punctum iſtud &c.

THESIS XXIV.

Vana querela adverſæ partis.

Hic verò mihi indignantur, niſi fallor, quaſi fidem prodam Hiſtoriæ; quid hoc exemplo hæreticos, quid cæteros hoſtes Sedis Apoſtolicæ auſuros putamus? Alia augent terriculamenta: ſed bona verba: egone videor tibi fidem hiſtoriæ prodere, qui nullum fixi pedem niſi authoritate ipſa nixus hiſtoriæ, & quidem valdè diſerta & luculenta? At *in congregatione Patrum pauci tetigerunt hoc punctum*; verba ſunt Hiſtorici narrantis: quid ad hæc? At contrà ex congregatione generali habita 5. Nov. 1551. conſtat, congregationem Patrum conſultaſſe de decreto, quod continebat *hoc punctum*: ſunt hæc Hiſtorici narrantis multò ſpecialius magiſque ex profeſſo, quam eſt illud confuſè ac neganter injectum *pauci tetigerunt hoc punctum*: quid ergo ad hæc? At ergone ſibi contradixerit vir tantus? Idem ego ex te quæro: neque tamen committam, ut Eminentiſſimum Scriptorem, Ordinis noſtri æternum decus indefenſum deſeram: quod mihi unus ſpecialiter incumbit, non quatenus Theologo ſic ſentienti de Attritione; hactenus enim incumbet æquè adverſariis, ut ex dictis conſtat; ſed quatenus alumno illius Societatis, in qua ſcripſit ille, quam Matrem agnovit, quam ſuâ hiſtoriâ, cæteraque eruditione & virtute condecoravit.

Confirmatio Thes. 19. 20. 21. 22. 23, 24.

NUlla poſtulatur.

THESIS XXV.

Vindicatur authoritas hiſtorici.

COntendo hoc unum affirmare Hiſtoricum, paucos Patres tetigiſſe *hoc punctum* in ſententiis ſcriptis, quas quidem invenerit, ſeu paucas ſe inveniſſe ſententias Patrum ſcriptas, quæ tangerent *hoc punctum*: manifeſtum id eſt ex toto loco hiſtoriæ. Produxerat ſententias Theologorum, quas invenerat ſcriptas, & favere judicabat opinioni ſuæ: tum progreſſus ad Patres, *in congregatione*, inquit, *Patrum Pauci tetigerunt hoc punctum*: ſubdit verò his continenter *ſolum invenio aliquod veſtigium.... in voto Archiepiſcopi Granatenſis* &c. hoc agit illo loco & ante & poſt verba illa *in congregatione Patrum* &c. ut colligat ſententias ſcriptas: quis ergo non videat hoc unum affirmare ipſum velle, paucas ſe inveniſſe ſententias PP. ſcriptas, quæ tangerent hoc punctum? atqui huic affirmationi non contradicit cùm narrat Patres conſultaſſe de concipiendis decretis, adeoque & de eo decreto in quo demonſtravimus contentum fuiſſe *hoc punctum*, an Attritio ſine amore &c. Jam verò quid magna admiratione dignum hoc habet, in tantâ farragine, ac mole Actorum Scriptorumque tam variorum factum eſſe, ut in paucas incideret Patrum ſententias de *hoc puncto*? Credi non poteſt unum, vel Secretarium, vel Scribam parem fuiſſe Congregationibus Concilii, aut ita ordinatè conſerta extitiſſe omnia, ut non eſſet perdifficile invenire quod quæreretur: non ergo ſequitur: non invenit; ergo non fuerunt: ne hoc quidem ſequitur: non extant ſcriptæ ſententiæ Patrum de *hoc puncto*: ergo Patres non tetigere *hoc punctum*: oſtendi aliunde ex ipſa hiſtoria tetigiſſe, & verò conſultaſſe de *hoc puncto*: quod Hiſtoricus non negavit, ut ex dictis patet: ſi quid his habent aptius adverſarii, proferant; cum & ipſorum res agatur hoc nunquam vincent non conſultaſſe PP. de ſufficientia Attritionis ſine amore

Confirmatio Thes. 25.

QUaſi parum ſeriò vindicatâ à nobis authoritate Hiſtorici, Nec, inquit Adverſarius, *nihil dolentes, nihil admirantes, Hiſtoricum ab omni contradictione ſerio vindicabimus.* Tum rem ipſam ſic viſus eſt conficere: *Qui igitur factum eſt, ut in congregatione Patrum pauci dicantur attigiſſe punctum, de quo condidere decretum? verùm quid manifeſtius, quàm Hiſtoricum loqui de tempore*

reformatio-

reformationem decreti, imò propoſitionem antecedente? prius enim condita fuerant decreta doctrinam complexa: hoc eſt, niſi fallor, prius concepta fuerant Decreta doctrinam complexa. Atqui oſtendi in Theſi 22. Decreta non fuiſſe concepta, niſi ex conſultatione Patrum: ergo etiam ante; tempore *Reformationem Decreti & propoſitionem antecedente*, non pauci Patres tetigere punctum illud: Tetigerunt enim illæ omnes, ex quorum conſultatione conceptum eſt Decretum continens punctum illud; ut declaro Theſi 23. Vindicata eſt igitur iſtis Vindiciis Authoritas Hiſtoriæ, ſeriò quidem, ut credo, at parum feliciter.

Sed quid mea refert, quo tempore Patres non pauci tetigerint punctum Controverſiæ hodiernæ, ſi conſtet fuiſſe in Concilio punctum illud palam ventilatum, ac diſceptatum à Patribus ante confirmationem decreti? hoc omnino fatetur pars adverſaria, & ſatis eſt, ne quis ſic objiciat: pauci Patres Tridentini tetigerunt controverſiam hodiernam: ſoli inveniuntur tetigiſſe Granatenſis, & Tudertanus: non ergo eſt credibile deciſam eſſe Decreto, ac definitione concilii. Hoc argumentum elidere mihi fuit curæ: eliditur verò ex iis, quæ diſſerui Theſi 22.23. Vel ſi *mavis*, ex iis quæ modò ſtatuebat Adverſarius authoritatem Hiſtoriæ vindicans.

Ex iiſdem omnibus enervatur illud tam amplè pronuntiatum ab Authore, ſuppoſitæ *Vocatu & Gratiæ*, communem de Attritione ſententiæ in Concilio *fuiſſe expreſſam neminem ſolum Granatenſem aliquod veſtigium dediſſe*. Cur non reſtringit ita, ut reſtringendum cenſet illud ab Hiſtorico dictum; *in Congregatione Patrum pauci tetigerunt &c.*? His enim in hiſtoria, proxima ſunt hæc: *ſolum invenio aliquod veſtigium opinionis, quod non ſit neceſſarius amor, in voto Archiepiſcopi Granatenſis*: Atqui illud: *in congregatione Patrum pauci tetigerunt &c.* ſic reſtringit, ut intelligat *de tempore reformationem Decreti, imò propoſitionem antecedente*: poſt illud tempus fatetur, non paucos Patres tetigiſſe hoc punctum. Cur non ſimiliter illud: *ſolum invenis aliquod veſtigium &c.* intelligit *de tempore reformationem antecedente*? Manifeſtum eſt de tempore eodem hoc & illud pronunciaſſe Hiſtoricum. Sed videlicet non congruebat rationibus Adverſarii paucos Patrum ſeſſ. 14. tetigiſſe controverſiam hodiernam, qui illâ ſeſſione uti ſolent pro ſua opinione; congruebat vero belliſſimè ſolum Granatenſem veſtigium aliquod dediſſe contrariæ & communis ſententiæ.

THESIS

THESIS XXVI.

Concluſio.

His omnibus ſic poſitis, ſic probatis, videmur abſque arrogantia hoc poſſe profiteri liberè, Hiſtoriam Tridentinam firmamenti plurimum, detrimenti nihil attuliſſe communi doctrinæ de ſufficientia Attritionis ſine amore in Sacramento: quod ipſum ut oſtenderetur, neq; neceſſe fuit evertere Hiſtoriam, neq; opus *mille libris, mille voluminibus*: ac ne his quidem ipſis tam multis, VERITAS & CARITAS, par nobiliſſimum: VERITATEM ratio, CARITATEM res probabit: Neceſſitas CARITATIS in Sacramento non eſt CARITAS, non eſt VERITAS.

Confirmatio Theſis 26.

EGo ille aſſuetus ſuis res nominibus appellare, ſcapham ſcapham, & ligonem ligonem, cum primùm legi nuperas paginas, quibus eſt titulus, *Veritas & Caritas*, perſpexi argumentum ſcriptionis eſſe neceſſitatem Caritatis in Sacramento, eamque ex Hiſtoria Tridentina nihilo veriorem fieri quam erat prius. Quod ipſum cum mihi viderer his Theſibus oſtendiſſe, eas concluſi valde ſimplici dicto: *Neceſſitas Caritatis in Sacramento non eſt Caritas, non eſt Veritas.* Ego in iſto dicto nihil videbam vel mali, vel valde acuti: invenit tamen ex Adverſariis, præter quàm timebam, aut ſperabam, alium quidem reprehenſorem, alium vero imitatorem.

Reprehenſorem audivimus in Theſibus ſacris hoc anno, 3. Auguſti defenſis Lovanii Præſide Eximio Viro D. ac M. N. Gerardo van Werm. Reprehenſio eſt bimembris plena utrimque gravitate, ac ſeveritate cenſoria: primum membrum ſic habet: *qui dixerit neceſſitas Caritatis in Sacramento non eſt Caritas, non eſt veritas; non ſe conformat ſupremæ veritati: quæ dum pœnitentes docet petere: Dimitte nobis debita noſtra, voluit, ut præmitteretur intendendus finis, ſanctificetur nomen tuum.* Hæc mihi cum ſint oſtenſa, Lector, *cenſen verbum potuiſſe proloqui*: quem non perterreat iſtud tam cenſorium, *non ſe conformat ſupremæ veritati*? Sed quid ita? Etenim in Oratione quam docuit ſuprema veritas, iſti petitioni, *Dimitte nobis debita noſtra* antevertitur hæc, *ſanctificetur nomen tuum.* Obſervatio acuta! magis etiam ipſa conſequentia: *Ergo non ſe conformat ſupremæ veritati qui dixerit &c.* O boni! illi verò *non ſe conformant ſupremæ veritati* qui vel ſcripturis ſacris, vel Eccleſiæ traditionibus, vel Conciliorum decretis, vel SVMMORVM PONTIFICVM ORACVLIS expreſſis, ac manifeſtis

manifeſtis

manifeſtis ſeſe intendunt Adverſarios: juremus nihil horum ad nos pertinuiſſe umquam: in me nulla mora eſt.

Haud ſecus formidabile ſecundum reprehenſionis membrum: *Ne etiam conformat ſe Caritati: nam qui non diligit, non novit Deum, quia Deus Caritas eſt:* en conſequentiam. *Qui non diligit, non novit Deum &c.* ergo *qui dixerit neceſſitatem Caritatis in Sacramento non eſt Caritas, non ſe conformat Caritati:* partes me in omnes verſavi, ut nodum invenirem argumenti: fortaſſe reprehenſor ad propoſitionem primam facile aſſumptam, voluit hanc: *atqui is qui dicit neceſſitatem Caritatis in Sacramento non eſſe Caritatem, non diligit, neque adeo novit Deum:* ſperabo tamen ego quidem non ſic aſſumpſiſſe: ſatius erit contemnere ineptitudinem argumenti, quam ſtomachari ad judicium tam alienum ab omni Caritate, inclemens, & inhumanum.

Majori voluptate legi innocuam imitationem dicti mei, ubi in concluſione ſua ſic plaudit Author vindiciarum: *lucet veritas, ardet Caritas, quia textus Pallavicini .... aſputam fuiſſe ab Interprete laciniam, non eſt Verbum non eſt Caritas. E diverſo verba illa* SVFFICERE AD SACRAMENTI CONSTITVTIONEM, *ejuſmodi ſignificationem ſine ſtrepitu deceſſo reſtituentia, non eſt Verbum non eſt Caritas &c.* quid ego ad imitationem tam feſtivam? *Euge, belle!* de lacinia, de verbo *ſufficere*, de cæteris quæ habet iſta concluſio, dictum eſt ſupra abunde, Spero non pupigiſſe dictum meum tam ſimplex: putavi quidem verum eſſe, & quam ſum amans *Veritatis & Caritatis veræ* tam ſum oſor *veritatis & Caritatis ſuppoſitæ*? Non ergo tuli tacitus ita inſcribi antonomaſticè, *veritatem & Caritatem*, quæ mera erat neceſſitas Caritatis in Sacramento: quam quidem non eſſe *Caritatem*, evidens eſt omni homini: non eſſe etiam *veritatem* Antonomaſiâ dignam certum eſt. Aurum mihi erit aurum ſemper, argentum argentum, ferrum ferrum: conſentio perantiquo, & erudito ſcriptori Vincentio in Commonitorio: *nihil pro aliis plumbum aut ærea ſubdita; nihil aurum ſpecioſum ſed non ſimplex; O Timothee, O Sacerdos, O Tractator, O Doctor.*

F I N I S.

ERRATA.

Pag. 7 Lin. 4 juſta LEGE juſſa Pag. 13 col. 1. Lin. 33. eandem L. haud eandem Pag. 14. col. 1. lin 33. *Suavi* L. *Suave* Ibid. col. 2. Lin. 1. & . 19. *ſuavo* L. *Suavis* Pag. 19. col. 1. Lin. 26. decimi L. nom Pag. 27. col. 1. Lin. 9. Didacum Paynam L. Didacum Payvam Ibid. col. 1. Lin. 13 Gubertum L. Gilbertum Pag. 28. col. 2. Lin. 32. Encomiaſti L. Encomiaſtico Pag. 32. col. 1. Lin. 6. Galacio L. Palacio Pag. 35. col. 1. Lin. 24. horum L. eorum. Irrepſerunt & alia.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE